Jurabunt insuper Archidiaconi omnes, quod pecuniam non accipient pro toleranda transgressione huius statuti, nec tolerabunt presbyteros, quos sciunt feminas habere, cantare, vel vicarios habere. Similiter et decani haec eadem per omnia jurabunt. Qui vero archidiaconus vel decanus haec jurare noluerit, archidiaconatum vel decanatum irrecuperabiliter perdet.	
--	--

Während der Buße: Stellvertreter – Synode von London (1108), c. 9

T: Mansi 20, 1229 (= Boelens 158, Anm. 234). – **Ü:** – **D:** Boelens 158, Anm. 234.

Presbyteri vero, qui, relictis mulieribus, Deo et sacris altaribus servire elegerint, quadraginta dies post transgressione praefati concilii ab officio cessantes, pro se interim vicarios habebunt, injuncta eis poenitentia, secundum quod episcopis eorum visum fuerit.	
--	--

Besitz geht an Bischof – Synode von London (1108), c. 10

T: Mansi 20, 1229 (= Boelens 159, Anm. 241). – **Ü:** – **D:** Boelens 159, Anm. 241.

Omnia vero mobilia lapsorum posthac presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum et canonicorum, tradantur episcopis, et concubinae cum rebus suis, velut adulterae.	
--	--

Synode von London (1125)

Zusammenwohnen mit Frauen verboten, Deposition – Synode von London (1125), c. 13

T: Mansi 21, 332. – **Ü:** – **D:** Boelens 171, Anm. 53f.

<p>XIII. <i>Ut presbyteris interdicta sint mulierum contubernia.</i></p> <p>Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, canonicis, uxorum, concubinarum, et omnium omnino feminarum contubernia, auctoritate apostolica inhibemus, praeter matrem, sororem, amitam, sive illas mulieres, quae omni careant suspicione. Qui hujus decreti violator extiterit, confessus, vel convictus, ruinam proprii ordinis patiat.</p>	
---	--

Synode von London (1127)

Inhaltliche Wh. – Synode von London (1127), c. 5

T: Mansi 21, 356. – **Ü:** – **D:** Boelens 171, Anm. 55ff.

<p>V. <i>Ut presbyteris, etc. interdicta sint mulierum contubernia.</i></p> <p>Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, et omnibus canonicis, contubernia mulierum illicitarum penitus interdicimus. Quod si concubinis, quod absit; vel conjugibus adhaeserint: ecclesiastico priventur ordine, honore, simul et beneficio. Presbyteri vero parochiales si qui tales fuerint, extra chorum ejicimus, et infames esse decernimus.</p>	
--	--

vgl. dazu Synode von London (1108), c. 5, Mansi 20.1229

Konkubinen müssen verjagt werden – Synode von London (1127), c. 7

T: Mansi 21, 356. – **Ü:** – **D:** Boelens 172, Anm. 58f.

<p>VII. <i>De concubinis presbyterorum et canonicorum quid agendum.</i></p> <p>Concubinae vero presbyterorum et canonicorum, nisi ibi legitime nupserint, extra parochiam expellantur. Quod si postea culpabiles inventae fuerint, in cujuscumque territorio sint, a ministris ecclesiae capiantur: et sub excommunicatione praecipimus, ne ab aliqua potestate minore vel majore detineantur, sed libere eisdem ministris ecclesiae tradantur, et ecclesiasticae disciplinae vel servituti episcopali iudicio mancipentur.</p>	
---	--

ibi: *al.* ubi

Synode von London (1129)

Betrug des Königs, Heinrich von England: Loskaufen der *focariae* – Synode von London (1129)

T: Mansi 21, 383. – **Ü:** – **D:** Boelens 172, Anm. 61.

Anno Domini MCXXIX. rex Anglorum Henricus tenuit concilium magnum apud Londonias, in Kalendis Augusti, de sacerdotum focariis prohibendis. Afferunt concilio illi, Willielmus Cantuariensis, et Turtanus Eboracensis, archiepiscopi, cum suis suffraganeis; quos omnes simplicitate Cantuariensis archiepiscopi rex Henricus deceptit. Concesserunt namque regi justitiam de focariis sacerdotum: quae res postea cum summo dedecore terminabatur. Accepit enim rex pecuniam infinitam de presbyteris, pro suis focariis redimendis. Tunc, sed tarde, poenituit episcopos de concessa licentia: cum pateret in oculis omnium deceptio praelatorum, et depressio subjectorum.	
--	--

Afferunt: Asserunt?

Boelens 174, Anm. 64: „In Palentia (Spanien) wurde 1129 noch entschieden: „concubinae clericorum manifeste ejiciantur“ c. 5 Mansi 21. 387.“

Synode von London (1139)

Wh der alten Regeln – Synode von London (1139), c. 8

T: Mansi 21, 512 (= Boelens 177, Anm. 88). – **Ü:** – **D:** Boelens 177, Anm. 88.

Sanctorum patrum vestigiis inhaerentes, presbyteros, diaconos, subdiaconos, uxoratos aut concubinarios, ecclesiasticis officiis et beneficiis privamus: ac nequis, eorum Missam audire praesumat, apostolica auctoritate prohibemus.	
--	--

Synode von Lüttich (1131)

Exkommunikation der verheirateten Priester – Synode von Lüttich (1131), c. 6

T: Hartzheim III 316 (= Boelens 174, Anm. 68). – **Ü:** – **D:** Boelens 174, Anm. 68.

Conjugati presbyteri excommunicati fuere, et interdictum, ne quis eorum sacrificiis assistendo faveret.	
---	--

Synode von Lyon III (583)

Verbot des Zusammenlebens, Deposition nur nach Geburt eines Kindes – Synode von Lyon (583), can. 1

T: CC 148A, 232. – **Ü:** Cochini 346 (engl.). – **D:** Boelens 58, Anm. 221f.; 72, Anm. 303; Cochini 346, Anm. 204.

<p>1. Multa quidem anterioribus temporibus uenerabilium patrum sanxit autoritas; nunc tamen, quia crescente Deo propitio fide oportet in clero uel populo catholico meliora salubri pontificum consilio renouari, idcirco beatissimorum patrum statuta reminiscentes huius tituli definitione sancimus, ut nullum clericum ab ordine sancto antistitis usque ad subdiaconi gradum mulierem praeter matrem, amitam et sororem in hospicio suo habere liceat. Placuit etiam, ut, si quicumque uxoribus iuncti ad diaconatus aut presbyteratus ordinem quoquo modo peruenerint, non solum lecto, sed etiam frequentatione quotidiana debeant de uxoribus suis sequestrari. Quod si, quod Deus auertat, de eorum familiari contubernio post acceptam benedictionem infans natus paruerit, ab officio gradu priuetur.</p>	<p><i>Can. 1:</i> The venerable Fathers of past times made several decisions with authority; now that divine favor has permitted a progress of the faith, it is necessary that the salutary prudence of the bishops renew these decisions with improvements, in the interest of the clergy and of the entire Catholic people. This is why, remembering the decrees of the very blessed Fathers, we have decided to enact the following canon: Let no cleric from the Holy Order of the episcopate down to the rank of subdiaconate have the right to keep in his home any woman, with the exception of his mother, aunt, or sister. It has also seemed good to us that if men bound to wives in some way attain the Order of the diaconate or the priesthood, they should not only stay away from the beds of their wives, but abstain from seeing [their wives] every day. If God forbid, after having received the [Levitical] blessing, they were to have children on account of familiar cohabitation with [their wives], let them be deprived of the rank [corresponding to] their function.</p>
--	---

Synode von Mâcon (581/583)

Wie Clermont – Synode von Mâcon (581/583), c. 11

T: CC 148A (ed. de Clercq), 225. – **Ü:** Cochini 345f. (engl.). – **D:** Cochini 345f., Anm. 202.

<p>11. Episcopi, presbyteri uel uniuersi honoratiores clerici cum sublimi dignitatis apice sublimantur, actibus omnino renuntient saeculi et ad sacrum electi mysterium repudient carnale consortium ac permixtiones pristinae contubernium permutent germanetatis affectum; et, quisquis ille est, diuino munere benedictione percepta uxori prius suae frater ilico efficiatur ex coniuge. Eos uero, quos repperimus ardore libidenis inflammatos abiecto religionis cingulo ad uomitum pristinum et inhibeta rursus coniugia repetiisse adque incesti quodammodo crimine</p>	<p><i>Can. 11:</i> When men are elevated to the sublime dignity of the episcopate, the priesthood, or any degree of the honorary clergy, let them totally repudiate the works of the world; chosen for the sacred mysteries, let them renounce carnal intercourse and transform into fraternal affection the sexual intimacy they had had until then [with their wives]. And let any man, after having, by God's grace, received the [Levitical] blessing, become immediately the brother of his former wife. We have learned that some, aflame with the ardor of their passion, rejected the cincture</p>
---	--

clarum decus sacerdotii uiolasse, quod nati etiam filii prodiderunt: quod quisquis fecisse cognoscitur*, omni in perpetuo, quam admissio iam crimine perdedit, dignetate* priuabitur.	of the religious life and returned to their first vormit; they resumed the conjugal life that was forbidden to them, and through an incest of sorts, brought prejudice to the splendor of the priestly dignity, to such an extent that they even sired children. If someone has publicly committed this lndnd [of offense], he will be deprived forever of his dignity; he [already] lost it from the moment he agreed [to commit] his offense.
---	---

* sic!

Provinzialsynode von Mainz (813)

Kleriker müssen immer keusch sein – Synode von Mainz (813), c. 10

T: Mansi 14, 68 (= Boelens 96). – **Ü:** – **D:** Boelens 96, Anm. 125.

castimoniam quoque inuolati corporis perpetuo conservare studeant.	
--	--

concupiscentia carnalis – Synode von Mainz unter Hrabanus Maurus, Erzbischof von Mainz (813), c. 13

T: Mansi 14, 907. – **Ü:** – **D:** Boelens 97, Anm. 136.

Multa sunt enim negotia saecularia de his pauca perstrinximus: ad quae pertinet omnis libido, non solum immunditia carnis, sed etiam in omni carnali concupiscentia quidquid plus justo appetit homo (...).	
---	--

Provinzialsynode von Mainz (888)

Boelens: „Der Erzbischof von Mainz, Luitbert, führte in Worms den Vorsitz. Er war auch dabei, als 20 Jahre später in Mainz selbst die große nationale Synode stattfand (888). Dort wurde zwar nicht der Text von Worms übernommen, sondern c. 25 der Synode von Carthago wiederholt, der inhaltlich das gleiche sagt [c. 19 Mansi 18. 69; vgl. oben Boelens S. 48]. Die Provinzialsynode von Metz, die im gleichen Jahr als eine Art Vorbereitung für Mainz gehalten worden war, war wohl genauso streng gegen die „extraneae“, erwähnte aber die Enthaltsamkeit nicht [Mansi 18. 79].“

Verbot aller Frauen – Synode von Mainz (888), c. 10

T: Mansi 18, 67 (= Boelens 109,, Anm. 216). – **Ü:** – **D:** Boelens 109, Anm. 216.

tamen, quod multum dolendum est, saepe audivimus per illam concessionem plurima scelera esse commissa, ita ut quidam sacerdotum cum propriis sororibus concumbentes, filios ex eis generassent.	
---	--

Synode von Mar Jesuyahb I (585)

Ehe der Priester – Synode des Mar Jesuyahb I (585), can. 5

T: J. B. Chabot, *Synodicon orientale*, pp. 403f. – **Ü:** Cochini 351 (engl.). – **D:** Cochini 351, Anm. 213.

Canon V. — *Que la conduite des prêtres, des diacres et des ministres de l'autel de la nouvelle Alliance doit répondre à la sublimité de leur ministère.* – (...) Nous avons appris que beaucoup de prêtres et de diacres ont lâché la droite et pris la gauche, ont pris soin de leurs corps et ont négligé leurs âmes, commençant, finissant ou dirigeant leurs actes et leurs desseins, liant ou déliant, iniquement et non pas justement, frauduleusement et non pas correctement. D'autres se sont écartés du sentier de la conduite pure et noble convenant au ministère qui leur a été confié; ils se sont mariés honteusement et illégitimement, et à cause d'eux le sacerdoce est méprisé, l'autorité est outragée, le christianisme est insulté. Et le peuple est devenu comme le prêtre; parce que les doctrines ont été méprisées à cause du relâchement des docteurs.

Nous enjoignons donc et nous prescrivons, par la parole de Notre-Seigneur, à tous les rangs du clergé, de conformer entièrement leur manière de vivre aux précieux modèles qui conviennent aux ministres et aux ouvriers du Christ, (...)

Can. 5: Let the behavior of the priests, deacons, and ministers of the altar of the New Covenant respond to the sublimity of their ministry. ... We have learned that many priests and deacons have left the right path and gone to the left, taking care of their bodies and neglecting their souls; starting, ending, and directing their deeds and designs; binding and loosing, with iniquity and not with justice, fraudulently and not correctly. Others have strayed from the road of pure and noble behavior befitting the ministry entrusted to them; they married shamefully and illegitimately, and because of them the priesthood is despised, authority outraged, and Christianity insulted. And the people became like the priests, because the doctrines have been despised through the laxity of the doctors' morality. We therefore exhort and prescribe, by the word of our Lord, to all those in the ranks of the clergy, to conform their way of life totally to the precious models befitting ministers and workers of Christ.

Ehe der Priester – Synode des Mar Jesuyahb I (585), can. 23

T: J. B. Chabot, *Synodicon orientale*, pp. 416f. – **Ü:** Cochini 351 (engl.). – **D:** Cochini 351, Anm. 213.

Canon XXIII. — *Qu'il ne convient pas aux clerics de se faire procureurs, économes ou avocats dans un procès qui ne les concerne pas; ni de prendre des (femmes) délaissées.* — (...) On a raconté devant le synode des Pères que quelques-uns des clerics ne s'appliquent pas aux règles de leurs fonctions, et ne veulent pas se conduire conformément à la pureté du rang de ceux qui sont les ministres de l'Esprit. (...) D'autres ont osé prendre des femmes délaissées, qui se sont souillées dans des actions honteuses, et ils sont devenus par leur imprudence, à cause de leur désir charnel, un objet de scandale et de reproche pour beaucoup de gens. — Nous prescrivons donc

Can. 23: That it is not fitting for clerics to become prosecutors, stewards, or lawyers in a trial that is not of their concern; not to take abandoned [women]. ... It has been said before the synod of the Fathers that some clerics do not apply themselves to the rules of their functions and do not wish to behave in conformity with the purity of the rank of those who are ministers of the Spirit. ... [Some] dared to take abandoned women who had been defiled in shameful acts, and through their imprudence, caused by carnal desire, they have become an object of scandal and reproach for many people.—We therefore prescribe and order that now and from this

et nous ordonnons que, maintenant et désormais, les prêtres, les diacres, les clercs ne pourront ni prendre l'intérêt, ni se louer comme avocats dans les procès qui ne les concernent pas, [ni être les intendants de quelqu'un, car ils sont les intendants du Maître des anges et des hommes.] Qu'ils ne prennent non plus, maintenant et à l'avenir, des femmes délaissées qui se sont déshonorées; car si l'homme qui a pris une femme légitime doit la renvoyer et s'éloigner de son commerce lorsqu'elle s'est déshonorée par l'adultère, combien plus les membres du clergé ne doivent-ils pas s'éloigner de toutes celles qui sont méprisables et indignes du rang de leur ministère. (...) Maintenant et désormais, que tous ceux qui sont comptés dans les rangs du clergé ne s'unissent pas même à des femmes délaissées qui ne se seraient pas déshonorées, afin d'éviter le mépris et les mauvais soupçons. Et si quelqu'un, de quelque rang du clergé qu'il soit, a pris dans sa folie une femme délaissée, qui s'est déshonorée par l'adultère, et s'il est vraiment prouvé qu'elle se soit déshonorée, qu'il ne la garde pas. Il n'est pas permis d'agir autrement, par la parole de Dieu.

point on, priests, deacons, and clerics will not be permitted to take interest or be hired as lawyers in trials that are not of their concern. ...

Let them not take either now or from this point on abandoned women who have dishonored themselves; for if a man who took a legitimate wife has to send her away and turn from relations with her when she has been dishonored by adultery, all the more so must the members of the clergy stay away from all those who are despicable and unworthy of the rank of their ministry. ... Now and from this point on, let all those who are counted in the ranks of the clergy not even be in concert with abandoned women who did not dishonor themselves, in order to avoid contempt and evil suspicions. And if anyone, of any rank whatsoever in the clergy, took in his folly an abandoned woman who dishonored herself by adultery, let him not keep her. It is not permitted to do so by the word of God.

Synode von Mar Joseph (554)

Priester dürfen keine *heidnischen* Frauen heiraten, nichts über den Bischof – Synode von Mar Joseph (554), can. 10

T: J. B. Chabot, *Synodicon orientale*, pp. 359f. – **Ü:** Cochini 350 (engl.). – **D:** Cochini 350, Anm. 212.

Canon X. — On a dit que des prêtres, des diacres, des clercs vont prendre des femmes païennes dont quelques-unes se convertissent, et ils engendrent d'elles des enfants. Au bout de quelque temps, quand les mages apprennent cela, on s'empare de ces femmes, on les enchaîne, et elles abandonnent le christianisme; et certains prêtres ou diacres son déshonorés par leurs enfants apostats. — C'est pourquoi nous avons défini canoniquement que: Ceux qui agissent ainsi ne seront plus admis à exercer le sacerdoce.

Can. 10: It has been said that priests, deacons, clerics go and take pagan wives, some of whom convert, and that they beget children from them. After a while, when the magis find out about this, they seize these women, chain them, and they give up their Christianity; and certain priests and deacons are dishonored by apostate children. This is why we have decided canonically that: Those who act in such a manner will not be admitted to the exercise of the priesthood.

Synode von Melfi / Concilium Melfitanum (1089)

Erneuerung der früheren Kanones, unbedingte Enthaltensamkeit, sonst Deposition – Concilium Melfitanum / Synode zu Melfi (1089) unter Papst Urban II., c. 2

T: Mansi 20, 723. – **Ü:** – **D:** Boelens 153, Anm. 202, 204.

II.	
Sacrorum canonum instituta renovantes praecipimus, ut a tempore subdiaconatus nulli liceat carnale commercium exercere. Quod si deprehensus fuerit, ordinis sui periculum sustinebit.	

36

Verheiratete dürfen geweiht werden – Concilium Melfitanum / Synode zu Melfi (1089) unter Papst Urban II., c. 3

T: Mansi 20, 723 (= Boelens 124, Anm. 34). – **Ü:** – **D:** Boelens 124, Anm. 34.

III.	
Nemo praeterea ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probatae sit castitatis, et qui usque ad subdiaconatum unicam et virginem uxorem habuerit.	

Die gleiche Norm wurde auf der letzten Synode von Rom unter Urban (1099) wiederholt [c. 14, Mansi 20. 963.].

Entzug von Amt und Benefizium – Concilium Melfitanum / Synode zu Melfi (1089) unter Papst Urban II., c. 12

T: Mansi 20, 724 (= Boelens 153, Anm. 205). – **Ü:** – **D:** Boelens 153, Anm. 205.

Porro eos, qui in subdiaconatu uxoribus vacare voluerint, ab omni sacro ordine removemus, officio atque beneficio ecclesiae carere decernimus. Quod si ab episcopo commoniti non se correxerint, principibus licentiam indulgemus, ut eorum feminas mancipent servituti. Si vero episcopi consenserint eorum pravitatibus, ipsi officii interdictione mulcentur.	
--	--

Synode von Metz (888)

Verbot aller Frauen – Synode von Metz (888), c. 5

T: Mansi 18, 79 (= Boelens 109, Anm. 217). – **Ü:** – **D:** Boelens 109, Anm. 217.

nequaquam in sua domo secum aliquam foeminam habeant, nec matrem, nec sororem: sed auferentes omnem occasionem satanae, angelicam vitam ducant.	
---	--

Synode von Nantes (um 895)

Verbot aller Frauen – Synode von Nantes (um 895), c. 3

T: Mansi 18A, 167 (= Boelens 110, Anm. 220f.). – **Ü:** – **D:** Boelens 110, Anm. 220f.

<p>Prohibendum, et modis omnibus interminandum est, ut nullus sacerdos eas personas foeminarum, sicut et in Canone insertum continetur, de quibus suspicio esse potest, in domo sua habeat. Sed neque illas, quas canones concedunt (quia instigante diabolo, etiam in illis scelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis illarum) scilicet matrem, amitam, sororem. Sed si quis de his habuerit talem necessitatem patientem, cui fit necessaria sustentatio presbyteri, habeat in vico, aut villa domum longe a presbyteri conversatione, et ibi eis subministret quia necessaria sunt. Sed et hoc, secundum auctoritatem canonum, modis omnibus prohibendum, ut nulla foemina ad altare praesumat accedere, aut presbytero ministrare, aut infra cancellos stare, aut sedere.</p>	
---	--

Nationalsynode von Orleans (511)

Allgemeiner Hinweis auf die früheren Kanones – Nationalsynode von Orléans (511), c. 29

T: de Clercq 12 (= Boelens 70, Anm. 291). – **Ü:** – **D:** Boelens 70, Anm. 291.

<p>De familiaritate extraneorum mulierum tam episcopi quam presbyteri vel diaconi praeteriorum canonum statuta custodiant.</p>	
--	--

Synode von Orleans (533)

Eheverbot für Majoristen – Synode von Orleans (533), c. 8

T: de Clercq 100 (= Boelens 37, Anm. 77). – **Ü:** – **D:** Boelens 37, Anm. 77.

<p>Si quis diaconus in captivitate redactus uxori fuerit copulatus, reversus ab officii omnino ministerio removendus est. Cui sufficere debet pro actus sui levitate impleta poenitentia pro satisfactione communio.</p>	
--	--

Nationalsynode von Orleans III (538)

Milde hatte nicht die erwünschte Wirkung, daher strengere Strafen: Zurückversetzung in den Laienstand – Synode von Orleans III (538), c. 2

T: de Clercq 114f. – **Ü:** – **D:** Boelens 38, Anm. 84; 55, Anm. 200.

2. Vt nullus clericorum a subdiacono et supra, qui uxores in proposito suo adcipere inhihentur, propriae, si forte iam habeat, misciatur uxori. Quod si fecerit, laica communione contentus iuxta priorum canonum statuta ab officio deponatur. Quem si sciens episcopus suus in hac uilitate permixtionis uiuentem ad officium postea admiserit, et ipse episcopus ad agendam paenitentiam tribus mensibus sit a suo officio sequestratus.	
---	--

38

Wegen Nichtbeachtung wird der Canon für alle Kleriker wiederholt, 3 Jahre Exkomm.; Zuständigkeit – Nationalsynode von Orléans III (538), c. 4

T: de Clercq 115f. (= Boelens 71, Anm. 294f.). – **Ü:** – **D:** Boelens 71, Anm. 294f.

Ideoque statuimus, ut ne quis antestetum clericorumque omnium licentiam habeat intra domum suam ullam absque his pro-pinquis mulieribus, quas priores canones elocuntur, habere personam. (...) Quod si quilibet ille antestitum vel clericorum, quod supra scriptum est, vetare noluerit, pro inobidentia triennii excumuniatione multetur.	
--	--

...

In quibus communitationibus metropolitanus a conprovincialibus, conprovincialis a metropolitano cum reliquis conprovincialibus dstringatur.

Exkommunikation, Deposition – Synode von Orleans III (538), c. 7

T: de Clercq 117 (= Boelens 37, Anm. 78f.). – **Ü:** – **D:** Boelens 37, Anm. 78f.

Clerici vero, qui cum uxores non habent, benedictione suscepta conjugia crediderint elegenda, qui volentes absque ulla reclamatione in aetate fuerint legitima ordinati, cum ipsis mulieribus quas acciperint excommunicatione pellantur.	
---	--

...

Quod si inuitus vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, sed non a communione pellatur.

Deposition und Kloster – Synode von Orleans III (538), c. 8

T: de Clercq 117. – **Ü:** – **D:** Boelens 91, Anm. 83.

8. De adulteriis autem honoratorum clericorum id obseruandum est, ut, si quis	
---	--

adulterasse aut confessus fuerit uel conuictus, depositus ab officio communionem concessa in monasterio toto uitae suae tempore retrudatur.	
---	--

Synode von Orleans (541)

Zweitehe ist Weihehindernis: volle Suspension für ein Jahr – Synode von Orléans (541), c. 10

T: CCSL 148A, ed. de Clercq 134 (= Boelens 27, Anm. 21). – **Ü:** – **D:** Boelens 27, Anm. 21.

Si quis episcoporum sciens aut bigamum aut internuptae maritum ad officium leuitice dignitatis siue presbyterii contra ius canonum promouere praesumpserit, nouerit se unius anni spatium ab omni officio sacerdotis esse suspensum. Cui si forte sententiae subiacere contemserit, a communionem eius usque in magnam synodum se fraternitas uniuersa suspendat. Illi uero, qui inlicito promoti sunt, regradentur.	
--	--

Kein gemeinsames Schlafzimmer – Synode von Orléans (541), c. 17

T: CCSL 148A, ed. de Clercq 136 (= Boelens 56, Anm. 206). – **Ü:** – **D:** Boelens 56, Anm. 206.

Ut sacerdotes siue diaconi cum coniugibus suis non habeant commune lectum et cellolam, ne propter suspicionem carnalis consortii religio maculetur, Quod qui fecerint, <u>iuxta priscos canones</u> ab officio re-gradentur.	
--	--

Synode von Orleans V (549)

Strafgewalt nur beim Metropoliten oder den übrigen Diözesanbischöfen – Synode von Orléans V (549), c. 3

T: CCSL 148A, ed. de Clercq 149 (= Boelens 71, Anm. 296; 72, Anm. 297). – **Ü:** – **D:** Boelens 71, Anm. 296; 72, Anm. 297.

Quod si episcopus nunc vetita uti sub quadam praesumptione voluerit, anno uno a metropolitano vel a conprovincialibus suis ab officio suspendatur; clerici uero a propriis episcopis modo, qui supra scriptus est, corrigantur. ... Quod etiam et de propinquis feminis horis indecentibus similiter prohibemus, ne sub concessa sibi licentia parentali ab earum	
---	--

sequepedis memoratorum vita vel opinio polluat.	
---	--

Kein gemeinsames Schlafzimmer – Synode von Orléans V (549), c. 4

T: CCSL 148A, ed. de Clercq 149 (= Boelens 56, Anm. 207). – **Ü:** – **D:** Boelens 56, Anm. 207.

Si quis clericus post acceptam benedictionem cuiuslibet loci vel ordinis ad coniugale thorum denuo iam sibi illicitum redire praesumpserit, usque in diem vitae ab honore accepti ordinis, <u>sicut habent patrum antiquorum canones</u> , ab officio deponatur, ei tantummodo communione concessa.	
---	--

Synode von Paris (?) (614)

Exkommunikation und Deposition – Synode von Paris (?) (614), c.12

T: CCSL 148A, ed. de Clercq 288 (= Boelens 38). – **Ü:** – **D:** Boelens 38, Anm. 83.

Presbyteri vel diaconi, se nulla ratione nubere praesumant. Quod si praesumpserint, ab ecclesia sequistrentur.	
--	--

Synode von Paris (827)

Deposition – Synode von Paris (827), c. 35

T: MGH Conc. 2,2, p. 635. – **Ü:** – **D:** Boelens 83, Anm. 46.

Proinde, ut in hac re corrigenda abhinc sollicitius studium adsumeremus, omnes in commune decrevimus, scilicet ut unusquisque episcoporum non solum praesbiterorum, verum etiam sequentium ordinum parroechiae suae gradum amittentium vitam et conversationem morumque emendationem tam per se quam per ministros suos noverit, eosque canonicae paenitentiae subdere non neglegat, iuxta quod in concilio Neocaesariensi titulo primo dicitur: Praesbyter, si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet et sub paenitentia redigi.	
---	--

Synode von Passau / Concilium Pataviense (1074)

Großer Widerstand, Diözesansynode von Passau – Concilium Pataviense / Synode von Passau (1074)

T: Hartzheim III 173f. – **Ü:** – **D:** Boelens 146, Anm. 152.

Sed promotor, ut dixi, ante alios fuit Altmannus, qui, *ut author vitae refert*, collecto undique fratrum Concilio, in ipso Ecclesiae Pataviensis gremio Epistolas, ab Apostolico missas, coram omnibus recitari praecepit, canonica jura proposuit, consecratos viros ab uxoribus abstinere censuit. Qui graviter dolentes se assueta relinquere, et insuetis colla submittere, responderunt: *Se nec velle, nec posse hanc consuetudinem deferre*, quam ab antiquis temporibus constaret, eos sub omnibus antecessoribus Episcopis habuisse. Quibus ipse respondit: *Nec se velle, nec posse eis consentire ad hoc flagitium*. Sed cum ei nulla ratione assensum praeberent, magis autem pravo consilio de interitu ejus tractarent; ut sapiens medicus interim conticuit, et secretum consilium cum sapientiibus super hac re habuit. Adveniente autem *Festo S. Stephani*, cum plurimi convenirent primates et populi, fortis praeliator Christi, accensus zelo Dei, tota arma justitiae convertit in ipsam arcem iniquitatis, et fortiter aggressus est debellare impugnatores castitatis. Nam coram omni frequentia Cleri, et populi ascendit in ambonem, et publice recitavit Apostolicae Epistolae tenorem, gravi interminationis autoritate interdicens Canonicis et Presbyteris conjugia secundum canonum, et Apostolica instituta. Qui omnes unanimiter furore repleti, jam tunc in praesentiarum Dei famulum furibundis manibus discerpsissent; nisi Divinum auxilium et optimatum praesentium praesidium furentibus obstitisset.

Synode von Pavia (1022)

Stauts quo in Italien – Synode von Pavia (1022) unter persönlicher Leitung des Papstes Benedikt VIII. (1012–1024), praefatio

T: Mansi 19, 343–352. – **Ü:** – **D:** Boelens 92, Anm. 87–93.

Ipsi quoque clerici qui sunt de familia ecclesiae, si sunt dicendi clerici, qui vivunt ut

ethnici, cum sint ab omni muliere legibus exclusi, ex liberis mulieribus filios procreant; ancillas ecclesiae hac sola fraude fugientes, ut matrem liberam filii quasi liberi prosequantur.
a.a.O. 19. 343 E.

Nulli pejores hostes ecclesiae, quam isti
a.a.O. 344 B.

cur clerici, qui cum ipso lacte disciplinam ecclesiae suxerunt manifestissimam, Deum non timent, et vel cum pagano homini (Abimelech, der Rebekka nicht entehrte) adulterium fugiunt?
a.a.O. 345 C.

Neque id caute faciunt incauti: cum publice et pompaticè, lascivientes, obstinatius etiam quam excussores laici meretricari non erubescant. Merito his per Prophetam dominus minatur: Nolo vos, ait, nolo sacrificia vestra polluta. Recedite a me quia polluti estis.
a.a.O. 346 A.

Nihil ergo pater et mater eorum habuerunt, quia contra leges nascuntur.
a.a.O. 347 D.

Sacerdotes enim Dei propter filios sacerdotum et clericorum, quos libertate incassum moliuntur, iram Dei scienter incurrunt, et libertate animi amissa, servi fiunt diabolorum, pro filiis clericorum.
Mansi 19. 351 B.

Omnes igitur filii et filiae omnium clericorum, quos de familia ecclesiae, de quacumque libera nati fuerint, vel uxore, vel concubina, quia neutrum nec licet, nec licuit nec licebit, servi suae erunt ecclesiae in saecula saeculorum.
a.a.O. 351; vgl. auch c. 3 a.a.O. 353.

Fehlritte der Kleriker, Verbot der Eheschließung der Kleriker – Synode von Pavia (1022) unter persönlicher Leitung des Papstes Benedikt VIII. (1012–1024), c. 1

T: Mansi 19, 353 (= Boelens 81, Anm. 34). – **Ü:** – **D:** Boelens 81, Anm. 34.

nullus presbyter, nullus diaconus, nullus subdiaconus, nullus in clero uxorem aut concubinam admittat ... Quod si fecerit,

secundum ecclesiasticam regulam deponatur.	
--	--

Synode von Piacenza / Concilium Placentinum (1095)

Wiederholung der bekannten Grundsätze – Concilium Placentinum / Synode von Piacenza (1095)

T: Mansi 20, 803 (= Boelens 154, Anm. 209). – **Ü:** – **D:** Boelens 154, Anm. 209.

Item haeresis Nicolaitarum, id est incontinentium subdiaconorum, diaconorum, et praecipue sacerdotum, irrefragabiliter damnata est, ut deinceps de officio se non intromittant, qui in illa haeresi manere non formidant; nec populus eorum officia ullo modo recipiat, si ipsi Nicolaitae contra haec interdicta ministrare praesumant.	
--	--

43

Synode von Pisa (1135)

Die Synode traf verschiedene Maßnahmen zur Reform der Kirche, besonders hinsichtlich der Kleriker. Von diesen Kanones sind noch sechs erhalten geblieben: zwei nicht nummerierte und die cc. 7, 9, 12 und 14 [Anm. 76: Vgl. Mansi 21. 489 f.]. Mit Ausnahme der ersten unnummerierten stimmen sie mit denen der Synode von Reims (1131) überein, und zwar nicht nur inhaltlich, sondern auch weitgehend im Wortlaut [Anm. 77: Der 2. unnummerierte = c. 1 von Reims; c. 7 von Pisa = c. 8 von Reims, 1. Absatz; c. 9 von Pisa = c. 8 von Reims, 2. Absatz; c. 12 von Pisa = c. 13 von Reims; c. 14 von Pisa = c. 14 von Reims. Hieraus könnte man schließen, daß die verlorengegangenen Kanones wahrscheinlich auch von Reims übernommen worden sind.].

Verpflichtung zur Trennung von der Frau; neue Begründung: ungültige Ehen – Synode von Pisa (1135), „Der erste unnummerierte Kanon“ (*Innocentius Papa II. in Pisano Conicilio residens statuit.*)

T: Mansi 21, 489. – **Ü:** – **D:** Boelens 175, Anm. 78; 176, Anm. 79.

Ut autem lex continentiae, et Deo placens munditia in ecclesiasticis personis et sacris ordinibus dilatetur, statuimus quatenus episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, regulares canonici et monachi, qui sacrum transgredientes propositum, uxores sibi copulare praesumpserint separentur. Hujusmodi namque copulationem, quoniam contra ecclesiasticam regulam constat esse contractam, matrimonium non esse sancimus. Qui et ab invicem separati pro tantis excessibus condignam paenitentiam agant.	
--	--

Idipsum quoque de sanctimonialibus feminis, si (quod absit) nubere aptentaverint, observari decrevimus.	
---	--

Synode von Poitiers / Concilium Pictavense (999)

Nur Priester und Diakone – Synode von Poitiers (999), c. 3

T: Mansi 19, 268 (= Boelens 110, Anm. 227). – **Ü:** – **D:** Boelens 110, Anm. 227.

Ut nullus presbyter, neque diaconus, foeminam in sua domo teneat, neque in cellario, neque in secreto loco intromittat, propter fornicationem.	
--	--

vgl. Erfurt (932) c. 4, Hartzheim II 602.

44

Reformsynode von Poitiers / Concilium Pictavense (1078)

Kein Kontakt mit Frauen – Concilium Pictavense / Reformsynode in Poitiers (1078), c. 9

T: Mansi 20, 499. – **Ü:** – **D:** Boelens 150, Anm. 192.

Ut nullus diaconus, presbyter, vel subdiaconus concubinam habeat; sed nec aliam foeminam, unda mala suspicio habeatur, in una domo secum teneat, et quicumque huiusmodi sacerdotis, sive per pecuniam ordinati, missam scienter audierint, excommunicationi subjacere debeant.	
--	--

Synode von Reims (1119)

Verbot des Zusammenwohnens, Verlust von Amt und Benefizium, Exkommunikation – Synode von Reims (1119), c. 5

T: Mansi 21, 236. – **Ü:** – **D:** Boelens 167, Anm. 23f.

<i>V. Presbyteris, diaconis, subdiaconis, concubina et uxores penitus interdicta.</i>	
---	--

Presbyteris, diaconibus, et subdiaconibus, concubinarum et uxorum contubernia prorsus interdicimus. Si qui autem huiusmodi reperti fuerint, ecclesiasticis officiis priventur, et beneficiis. Sane si neque sic immunditiam suam correxerint, communionem careant Christiana.	
---	--

Synode von Reims (1131)

Enthaltsamkeit – Synode von Reims (1131), c. 3

T: Jaffé, *Bibl.rer.Germ.* t. V., p. 440 (Udalrici codex 258). – **Ü:** – **D:** Boelens 174, Anm. 71/74.

Placuit etiam domno apostolico et toti concilio: ne quis audiat missam presbyteri habentis concubinam vel uxorem. Assensu etiam omnium firmatum est: ut clerici omnes a subdiacono et supra continentes sint; et qui non fuerint continentes, deponantur.	
--	--

Im Manuskript von *Sirmond* lautet dieser Kanon [placuit etiam ... uxorem]: „Ad haec praedecessorum nostrorum Gregorii VII, Urbani et Paschalis Romanorum pontificum stegiis inhaerentes praecipimus, ut nullus Missas eorum audiat, quos uxores vel concubinas indubitanter habere cognoverit“ c. 5 *Mansi* 21. 459.

45

Synode von Rom (465)

s. auch Hilarius

Zweitehe ist Weihehindernis – Papst Hilarius (461–468), Synode von Rom (465), c. 2

T: Bruns II 283 (= Boelens 26). – **Ü:** – **D:** Boelens 26, Anm. 11.

repellendus est etiam quisque qui in secundae uxoris nuptias contra apostolica precepta convenit.	
---	--

Synode von Rom (743)

Wohnung ohne Frau – Synode von Rom (743), c. 1f. (*forma minor*)

T: MGH. Conc. II 12. – **Ü:** – **D:** Boelens 105, Anm. 184f.

I. Ut episcopi cum mulieribus omnino non habitent. II. Ut presbyteri, diaconi subintroductas mulieres secum non habeant.	
---	--

Wohnung ohne Frau – Synode von Rom (743), c. 1f. (*forma uberior*)

T: MGH. Conc. II 12. – **Ü:** – **D:** Boelens 105, Anm. 186f.

I. capitulo, ut episcopi cum mulieribus omnino non habitent, ne antiqua hostis fraude decipiantur, <i>ut iuxta apostolica voce non vituperetur ministerium nostrum</i> , quia scriptum est: <i>Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus</i> . Cavere nos oportet, fratres mei, ab inlicitis, ut mundas valeamus	
---	--

ad Deum levare manus. Scriptum est enim: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus.*

II. capitulo, ut presbyteri vel diaconi subintroductas mulieres nullo modo secum audeant habitare nisi forsitan cum matrem suam aut proximitatem generationis sibi habentes, quae suspitiones effugiunt, sicut in synodo Niceni continentur. Si quis vero praesumpserit praeter statuta agere, sacerdotii privetur honore.

2 Kor 6,3 und 1 Kor 3,17; Nicäa (325) c. 3, Mansi II, 679.

Synode von Rom (1049)

s. Bonitho

Synode von Rom (1050)

s. Bonitho

Bonitho (Bonizo)

*Bischof von Sutri, * etwa 1045 in Cremona, † 14.7. 1090.*

Enthaltbarkeit und die Synode von Rom (1049) – Bonitho, *ad amicum liber V* (ad 1049)

T: Jaffé, Mon. Gregor. 633. – **Ü:** – **D:** Boelens 121, Anm. 24 / 135, Anm. 90 / 136, Anm. 92.

Postquam papalem adeptus est dignitatem, venerabilem Hildebrandum, donatorem tam salubris consilii, quem ab abbate multis precibus vix impetraverat, ad subdiaconatus provexit honorem. Quem et economum sanctae Romanae ecclesiae constituit. Cuius consilio synodum mox congregavit, in qua diversarum regionum episcopi convenerunt. In qua etiam sub anathemate interdictum est: non licere alicui episcopo archidiaconatus et preposituras vel abbacias seu beneficia aecclesiarum vel prebendas vel ecclesiarum vel altarium commendationes vendere; et ut sacerdotes et levitae et subdiaconi cum uxoribus non coeant. Quae res magnam veterosum serpentem concitavit in iram. Quod audientes episcopi, primo quidem,

veritati non valentes resistere, tacuere; postea vero, suadente humani generis inimico, inobedientes celavere.	
--	--

Kontakt mit unenthaltssamen Priestern und Diakonen verboten; Synode von Rom (1050) – Bonitho, *ad amicum liber V* (ad 1050)

T: Jaffé, Mon. Gregor. 635. – **Ü:** – **D:** Boelens 136, Anm. 96f.

Sequenti vero anno prefatus pontifex sinodum congregavit, in qua omnibus tam clericis quam laicis auctoritate sancti Petri et Romanae ecclesiae preceptum est: ut abstinerent se a fornicatorum sacerdotum et levitarum communione. Haec sinodus gladium in viscera mersit inimici. Nam non solum Romae incontinentes sacerdotes et levitae ab altaris prohibebantur officio, set etiam per vicinas circumquaue regiones et per omnem Tusciam; adiuvantibus monachis, viris religiosis et verbo predicationis insudantibus.	
---	--

47

Petrus Damianus, Mailand – Bonitho, *ad amicum liber VI* (ad 1059)

T: Jaffé, Mon. Gregor. 643. – **Ü:** – **D:** Boelens 140, Anm. 120.

Set non longo post tempore congregavit prefatus pontifex synodum. (...) [I]n eadem synodo preceptum est, ut sacerdotes et levitas concubinos ab altaris arcerent officio.	
---	--

Bischof von Brescia wird wegen der Umsetzung der Synode fast getötet – Bonitho, *ad amicum liber VI* (ad 1059)

T: Jaffé, Mon. Gregor. 644. – **Ü:** – **D:** Boelens 140, Anm. 121.

Concilio igitur rite celebrato, episcopi Longobardi domum remeantes, cum magnas a concubinatis sacerdotibus et levitis accepissent pecunias, decreta papae celaverunt; preter unum, Brixensem scilicet episcopum. Qui veniens Brixiam, cum decreta papae publice recitasset, a clericis verberatus, fere occisus est. Quod factum non mediocre Patariae dedit incrementum. Nam non solum Brixiae set et Cremone et Placentie et per omnes alias provincias multi se a concubinatorum abstinebant communione.	
--	--

Tadel der unenthaltssamen Majoristen; Schreiben an den Klerus von Cremona – Bonitho, *ad amicum liber VI* (ad 1067?)

T: Jaffé, Mon. Gregor. 650. – **Ü:** – **D:** Boelens 122, Anm. 28.

Quam ob rem, ut sanctis conatibus vestris etiam huius sancta sedis apostolicae accedat vigor, hoc ipsum apud vos per omnia decernimus observandum, quod a sanctis predecessoribus nostris et a cunctis pene	
---	--

<p>sanctorum canonum conditoribus non ambigimus institutum: videlicet ut tam subdiaconi quam diaconi, set et permaxime sacerdotes, qui mulieribus carnali commercio admiscentur vel symoniaca sorde polluti sunt, et ecclesiasticis careant beneficiis et perceptae priventur officio dignitatis. Indignum et enim, ut, qui vel per incontinentiam carnis vel per commercium sacrilegae venalitatatis suscepti ordinis privatur honore, ecclesiastica pociatur ulterius facultate. Ceteros autem clericos, qui videlicet inferioribus pociuntur officiis, si legalibus coniugiis sunt obligati, in suis gradibus manere precipimus, et eis competentia ecclesiastici sumptus beneficia non negamus.</p>	
---	--

Synode von Rom (1059)

s. auch Nikolaus II.

Strafe für Heirat einer Konkubine – Synode von Rom (1059), c. 3

T: Mansi 19, 897 (= c. 5 D 32) (= Boelens 126, Anm. 40). – **Ü:** – **D:** Boelens 126, Anm. 40.

<p>Unde etiam ipsa sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens: Quicumque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, post constitutum beatae memoriae praedecessoris nostri sanctissimi papae Leonis de castitate clericorum, concubinam palam duxerit vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli praecipimus et omnino contradicimus, ut missam non cantet, neque evangelium vel epistolam ac missam legat, neque in presbyterio ad divina officia cum iis qui praefatae constitutioni oboedientes fuerint maneat, neque partem ab ecclesia suscipiat.</p>	
--	--

Verbot, an der Messe eines solchen teilzunehmen – Synode von Rom (1059)

T: Mansi 19, 907 (= Boelens 126, Anm. 42). – **Ü:** – **D:** Boelens 126, Anm. 42.

<p>Ut nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem.</p>	
---	--

Synode von Rom / Concilium Romanum V (1078)

Supendierung von Bischöfen – Synode von Rom / Concilium Romanum V (1078), c. 11

T: Mansi 20, 510. – **Ü:** – **D:** Boelens 148, Anm. 171.

Si quis episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, seu subdiaconorum, vel crimen incestus in sua parochia, precibus vel pretio interveniente, consenserit, vel commissum sibi compertum auctoritate sui officii non impugnaverit, ab officio suspendatur.	
---	--

Bischöfe müssen sich in Rom verantworten: z. B. Otto von Konstanz, Ep. Coll. 8-9, *Jaffé*, Mon. Gregor. 528f.

49

Synode von Rom (1099)

Verbot des geschlechtlichen Verkehrs – Synode von Rom (1099), c. 13 (= c. 2 von Melfi)

T: Mansi 20, 963 (= Boelens 155, Anm. 218). – **Ü:** – **D:** Boelens 155, Anm. 218.

Ut unica domini nostri sponsa sine macula et ruga permaneat, sacrorum canonum instituta renovantes praecipimus, ut a subdiaconatus tempore nulli liceat carnali commercium exercere: quod qui deprehensus fuerit, ordinis sui periculum substinebit.	
--	--

Synode von Rouen (1072)

Kein Benefizium – Synode von Rouen (1072), c. 15

T: Mansi 20. 38 (= Boelens 137, 103). – **Ü:** – **D:** Boelens 137, Anm. 103.

De sacerdotibus et levitis et subdiaconibus, qui feminas sibi usurpaverunt, concilium Luxoviense [Lisieux] observetur, nec ecclesias per se, atque per suffraganeos regant, nec aliquid de beneficiis habeant. Archidiaconi qui eos regere debent, non permittantur aliquam habere nec concubinam, nec subintroductam mulierem nec pellicem: sed caste et juste vivante et exemplum castitatis et sanctimoniae subditis praebeant.	
--	--

Synode von Rouen (1119)

s. *Ordericus Vitalis*

Synode von Rouen (1128)

Keine Ehefrauen; Verbot, die Messen solcher Priester zu hören – Synode von Rouen (1128), c. 1

T: Mansi 21, 375 (= Boelens 172, Anm. 60). – **Ü:** – **D:** Boelens 172, Anm. 60.

<p>I. Ut nullus presbyter uxorem habeat. Qui vero a pellice abstinere noluerit, Ecclesiam non teneat, nec portionem in beneficiis Ecclesiasticis obtineat, nec aliquis fidelium Missam ejus audiat.</p>	
---	--

50

Synode von Sevilla (590)

Deposition und Exkommunikation – Synode von Sevilla (590), c. 3

T: Vives 152f. (= Boelens 66, Anm. 264). – **Ü:** – **D:** Boelens 66, Anm. 264.

<p>Inter cetera vero cognoscite a nobis hoc definitum pro abolendis maculis clericorum, quia quidam episcoporum non observantes nuper editum concilii Toletani decretum minus solliciti in subjectis existunt, proinde placuit, ut si presbyteres, diacones et clerici consortia extraneorum foeminarum vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem a se minus removerint, in secundis iudices easdem mulieres cum voluntate et permissu episcopi comprehensas in suis lucris usurpent, ut vitio hoc, dum sacerdos inhibere non praevalet, potestas iudicialis coerceat. (...) Mulieres vero illae iuxta priores canonum a sacerdote distractae, pretium earum indigentibus dispensetur.</p>	
--	--

Synode von Sevilla (619)

Spanien; Verheiratete, keine Witwen – Synode von Sevilla (unter der Leitung von Erzbischof Isidor, 619), c. 4

T: Vives 165 (= Boelens 77). – **Ü:** – **D:** Boelens 77, Anm. 9f.

<p>V. <i>De bigamis ad presbyterium vel diaconatum non promovendis.</i></p> <p>Quarta actione nuntiatum est nobis apud Astigitanam ecclesiam quasdam nuper ordinationes inlicitas extitisse, ita ut quidam viduarum mariti levitarum ministerio sacrarentur: quos quidem convenit a grado suscepto inritum devocari nec ultra provehi ad diaconii ministerium qui contra divina atque ecclesiastica iura instituti repperiuntur.</p>	
--	--

Synode von Siponto oder Benevent (um 890)

mulier extranea – Synode von Siponto oder Benevent (um 890), c. 6

T: Hefele-Leclercq III 1227 (= Boelens 106, Anm. 193). – **Ü:** – **D:** Boelens 106, Anm. 193.

<p>Sexto ponitur tertium capitulum niceni concilii: omnibus modis interdicit sancta synodus, neque episcopo, neque presbytero, neque diacono neque ulli clericorum omnino licere permitti habere secum mulierem extraneam nisi forte mater aut soror aut thia id est vel amita vel matertera sit vel aetatum personae quae suspiciones effugiant.</p>	
---	--

aliqua femina – Synode von Siponto oder Benevent (um 890), c. 7

T: Hefele-Leclercq III 1227 (= Boelens 106, Anm. 194). – **Ü:** – **D:** Boelens 106, Anm. 194.

<p>Septimo statutum est ut juxta decreta alterius concilii praeter cantores et lectores, reliqui omnes de ordine ecclesiastico ab imo usque ad summum casti sint et nullatenus cum aliqua femina habitare permittantur nisi forte cum matre vel sorore seu amita, vel talibus personis a quibus longe sit omnis suspicio. Neque sine praesentia gravium personarum cum quacumque femina loquantur.</p>	
--	--

Synode von Soissons (744)

Allgemeine Bestimmungen – Synode von Soissons (744, auf Betreiben von Bonifatius und Pippin), cc. 3, 8

T: Hartzheim I 58. – **Ü:** – **D:** Boelens 93, Anm. 102f.

<p>III. Idcirco constituimus per Consilium sacerdotum et optimarum eorum, et</p>	
--	--

<p>ordinavimus per civitates legitimos Episcopos; (...) Et omnes clerici fornicationem non faciant, nec habitum laicorum portent, nec apud canes venationes faciant, nec accipitres portent.</p> <p>VIII. Similiter diximus, ut neque clericus mulierem habeat in domo sua, quae cum illo habitet, nisi matrem, aut sororem, aut neptem suam.</p>	
---	--

Synode von Szabolcs / Synodus Szabolchensis (1092)

bigami – Synodus Szabolchensis / Synode von Szabolcs (1092, Ungarn), c. 1

T: Mansi 20, 759 (= Boelens 129, Anm. 59). – **Ü:** – **D:** Boelens 129, Anm. 59.

<p style="text-align: center;">CAPUT I.</p> <p style="text-align: center;"><i>De bigamis presbyteris, et diaconis.</i></p> <p>Bigamos presbyteros et diaconos et viduarum, vel repudiatarum maritos, jubemus separari, et peracta poenitentia ad ordinem suum reverti. Et qui noluerint illicita conjugia dimittere secundum instituta canonis debeant degradari. Separatas autem faeminas parentibus reddi jubemus suis: et quia non erant legitimae, si voluerint liceat eis maritari.</p>	
--	--

ancilla – Synodus Szabolchensis / Synode von Szabolcs (1092, Ungarn), c. 2

T: Mansi 20, 759 (= Boelens 130, Anm. 60). – **Ü:** – **D:** Boelens 130, Anm. 60.

<p style="text-align: center;">CAPUT II.</p> <p style="text-align: center;"><i>De his, qui ancillam in locum surrogaverint uxoris.</i></p> <p>Si quis autem presbyter ancillam suam uxoris in locum sibi associaverit venumdetur [sc. <i>ancilla</i>], et pretium ejus ad episcopum transferatur.</p>	
---	--

Vor der Weihe geschlossene Ehe – Synodus Szabolchensis / Synode von Szabolcs (1092, Ungarn), c. 3

T: Mansi 20, 760 (= Boelens 130, Anm. 61). – **Ü:** – **D:** Boelens 130, Anm. 61.

<p style="text-align: center;">CAPUT III.</p> <p style="text-align: center;"><i>De indulgentia ad tempus facta presbyteris, ut cum uxoribus maneant.</i></p> <p>Presbyteris autem qui prima et legitima duxere conjugia, indulgentia ad tempus datur, propter vinculum pacis et unitatem Spiritus</p>	
---	--

Sancti, quousque nobis in hoc Domini apostolici paternitas consilietur.	
---	--

Nachlässige Bischöfe – Synodus Szabolchensis / Synode von Szabolcs (1092, Ungarn), c. 4

T: Mansi 20, 761 (= Boelens 130, Anm. 62). – **Ü:** – **D:** Boelens 130, Anm. 62.

<p style="text-align: center;">CAPUT IV. <i>De episcopo consensum praebente nolentibus separari ab illicito conjugio.</i></p> <p>Si quis autem episcopus, aut archiepiscopus ab illicitis conjugiiis separari nolenti, spreto synodali decreto, aut consilium aut consensum praebuerit, aut ei ecclesiam dederit, aut aliquid quod in ordinem pertinet agere permiserit; a rege et coepiscopis suis, secundum quod rationabile videbitur, is dijudicetur.</p>	
---	--

Synode von Tarragona (516)

Deposition, auch für niedere Kleriker – Synode von Tarragona (516), c. 9

T: Vives 37 (= Boelens 68, Anm. 272). – **Ü:** – **D:** Boelens 68, Anm. 272.

Si quis lectorum adulterae mulieri voluerit misceri vel adhaerere consortio, aut relinquat adulteram, aut a clero habeatur extraneus. Similis sententia ostiariorum manebit schola.	
---	--

Synode von Toledo II (527/531)

Versprechen beim Erreichen des 18. Lebensjahres – Synode von Toledo II (527/531), c. 1

T: Vives 42f. = c. 5 D 28. – **Ü:** – **D:** Boelens 51, Anm. 171.

Boelens 51: Wurde aber das abgelegte Versprechen nicht gehalten, so daß solche Kleriker „ad terrenas nuptias aut ad furtivos concubitos ultra recurrant“, wurden sie streng bestraft: „quod si forte fecerint, ut sacrilegio rei ab ecclesia habeantur extranei“.

<p>I. <i>De his quos parentes ab infantia in clericatus officio manciparunt, si post eam voluntatem habent nubendi.</i></p> <p>De his quos voluntas parentum a primis infantiae annis clericatus officio manciparit hoc statuimus observandum: ut mox detonsi vel ministerio electorum contraditi fuerint in domo ecclesiae sub episcopali praesentia a praeposito sibi debeant erudiri; at ubi octavum decimum aetatis suae compleverint</p>	
---	--

annum, coram totius cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expectando coniugio ab episcopo prescrutetur. Quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit et professionem castimoniae suae absque coniugali necessitate sponderint servaturos, hii tamquam adpetitores artissimae vitae lenissimo Domini iugo subdantur, ac primum subdiaconatus ministerium habita probatione professionis suae a vicesimo anno suscipiant; quod si inculpabiliter ac inoffense vicesimum et quintum annum aetatis suae peregerint, ad diaconatus officium, si scienter implere posse ab episcopo conprobantur, promoveri. Cavendum tamen est his, ne quando suae sponsionis inmemores ad terrenas nubtias aut ad fortivos concubitos ultra recurrant; quod si forte fecerint, ut sacrilegio rei ab ecclesia habeantur extranei. His autem quibus voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab apostolis sententiam auferre non possumus, ita ut quum profectae aetatis in coniugio positi renuntiaturus se pari consensu operibus carnis sponderint, ad sacratos gradus aspirent.

* voluntas (sic!)

Deposition und Exkommunikation – Synode von Toledo II (527/531), c. 4

T: Vives 43 (= Boelens 66, Anm. 262). – **Ü:** – **D:** Boelens 66, Anm. 262.

Illud vero praeterea speciali ordine decrevimus quod nec antiqua concilia in universis pene canonibus siluerunt, ut nullus clericorum a gradu subdiaconatus et supra in consortii familiaritate habeat mulierem vel ingenuam vel libertam aut ancillam, sed si sunt ei huiuscemodi servitia, matri vel sorori aliaequae propinquitati contradat et quidquid suis manibus profecerint proprio domino deferatur; aut si propinquitas memorata deest, alia domus ad earum habitaculum requiratur, dummodo nulla occasio introeundi domum clerici femina(e) permittatur, (...). Sane si deinceps post hanc datam admonitionem quisquis harum consortio frui voluerit, noverit se non solum a clericatus officio retrahi vel ecclesiae foribus pelli, sed etiam ab omnium catholicorum clericorum vel laicorum communione privari, nulla prorsus vel conloqui consolatione relicta, quatenus

malae consuetudinis abrasa rubigo in posteris radicis suae veneno serpire non possit.	
--	--

Synode von Toledo III (589)

Deposition und Exkommunikation – Synode von Toledo III (a. 589), can. 5

T: 20f. Vives (= Heid 338, Anm. 38); vgl. Boelens 51, Anm. 174 und 176; 66, Anm. 263: c. 5 Vives 126; Bruns 1, 214. – **Ü:** Heid 338. – **D:** Boelens 51, Anm. 174 und 176; 66, Anm. 263; Gryson 184f.; Heid 338, Anm. 38.

VIVES 20f.: Compertum est a sancto concilio episcopos, presbyteres et diacones venientes ex haerese, carnali adhuc desiderio uxoribus copulari: ne ergo de caetero fiat, hoc praecipitur quod et prioribus canonibus terminatur: ut non liceat eis vivere libidinosa societate, sed manente inter eos fide coniugali communem utilitatem habeant, et non sub uno conclavi maneant, vel certe, si suffragat virtus in aliam domum suam uxorem faciat habitare, ut castitas et apud Deum et homines habeat testimonium bonum. Si quis vero post hanc conventionem obscene cum uxore elegerit vivere, ut lector habeatur: qui vero semper sub canone ecclesiastico iacuerint, si contra veterum imperata in suis cellulis mulierum quae infamem suspicionem possunt generare consortium habuerint, illi canonice quidem distringantur, mulieres vero ipsae ab episcopis venundatae pretium ipsum pauperibus erogetur.

HEID 338: Dem heiligen Konzil ist es zu Ohren gekommen, daß sich Bischöfe, Presbyter und Diakone, die aus der Häresie (zur katholischen Kirche) kommen, noch in fleischlichem Verlangen mit ihren Ehefrauen vereinigen. Damit das also künftig unterbleibt, wird angeordnet, was schon frühere Kanones bestimmt haben: daß es ihnen nicht erlaubt ist, in begierlicher Gemeinschaft zu leben, wohl aber daß sie sich in ehelicher Treue gegenseitig helfen; und daß sie nicht im selben (Schlaf-)Gemach bleiben, sondern daß er (der Bischof, Presbyter oder Diakon) seine Frau gegebenenfalls um der Tugend willen in einem anderen Haus wohnen läßt, um so ihre Keuschheit vor Gott und den Menschen zu bezeugen. Wer sich aber entschieden hat, auch nach dieser (synodalen) Übereinkunft noch unsittlich mit seiner Gattin zu leben, soll wie ein Lektor behandelt werden. Diejenigen aber, die schon immer den kanonischen Bestimmungen unterworfen waren (d.h. die katholischen Kleriker), dabei aber gegen die Weisungen der Alten mit einer Frau zusammenlebten, die nicht über jeden Zweifel erhaben war, werden entsprechend dem Kirchenrecht bestraft; die Frauen aber sollen von den Bischöfen verkauft und der Erlös den Armen gegeben werden.

BRUNS 1, 214:

V.

Compertum est a sancto concilio episcopos, presbyteres et diacones venientes ex haerese, carnali adhuc desiderio uxoribus copulari: ne ergo de cetero fiat, hoc praecipitur, quod et prioribus canonibus terminatur: ut non liceat eis vivere libidinosa societate, sed manente inter eos fide conjugali communem utilitatem habeant, et non sub uno conclavi maneant, vel

<p>certe si suffragat virtus in aliam domum suam uxorem faciat habitare, ut castitas et apud deum et homines habeat testimonium bonum. Si quis vero post hanc conventionem obscœne cum uxore elegerit vivere, ut lector habeatur: qui vero semper sub canone ecclesiastico jacuerint, si contra veterum imperata in suis cellulis mulierum, quae infamem suspicionem possunt generare, consortium habuerint, illi canonice quidem dstringantur, mulieres vero ipsae ab episcopis venundatae pretium ipsum pauperibus erogetur.</p>	
	<p>GRYSON: Mais il arriva aux oreilles du concile que des évêques, des presbytres et des diacres, venus de l'hérésie, continuaient à vivre maritalement avec leur femme. On leur rappela que cela était interdit par les canons et qu'ils étaient tenus de faire chambre à part. On souhaitait même qu'ils aillent habiter, s'ils en trouvaient le courage, dans une autre maison que leur femme, en sorte que personne ne puisse mettre leur chasteté en doute ; toutefois, pas plus qu'à Gironne, on n'ose faire de ce dernier souhait une loi. On décida que ceux qui poursuivraient les relations conjugales, seraient ramènes au rang de lecteur. Quant aux cohabitations suspectes, elles furent réprimées avec la dernière énergie : le clerc coupable devait être puni de peines canoniques sévères ; la femme devait être vendue comme esclave par l'évêque, et le prix de la vente distribue aux pauvres</p>

Synode von Toledo (597)

Synode von Toledo (597), (fuori serie), can. 1

T: Bruns 1, 219. – **Ü:** – **D:** Gryson 184f.

<p>Priscorum patrum sequentes monita id praecipunt dei sacerdotes, ut quae sanctae trinitati conveniunt, operibus fidei catholicae in omnibus jungantur, ita ut sanctam et amicam dei observantes castitatem non solum retinendam pontifices suo corpore censeant, sed et presbyteris et diaconibus ministrantibus dei altaribus modis omnibus observandum constituent, ut ex his qui castitatis voluerit patientiam violare tali sorte coerceatur, ut</p>	
--	--

ultimus a quo est gradu dejectus deo amplius non ministret, sed sacerdotis sui electione sit tali claustrum conceptus, ut ceteros suo exemplo corrigat et ille ex poenitentia reviviscat.	
---	--

Synode von Toledo IV (633)

Keine Zweitehe, keine Ehe nach der Weihe – Synode von Toledo IV (633), c. 6

T: Vives 279 (= Boelens 84, Anm. 52f.). – **Ü:** – **D:** Boelens 84, Anm. 52f..

nam relatum est nobis quosdam subdiacones, postquam ad sacri huius ordinis pervenerint gradum, non solum carnis immunditia sordidari, quum scribitum sit: «Mundamini qui fertis vasa Domini»: sed etiam, quod dictu(m) quodque nefas est, novis uxoribus copulari, adserentes hoc ideo sibi licere, quia benedictionem a pontifice se nesciunt percepisse. Proinde omni excusationem discusso velamine id praecipimus observare, ut quum idem subdiacones ordinantur, cum vasis ministerii benedictio eis ab episcopo detur, sicut in quibusdam ecclesiis vetustas tradit antiqua, et sacra dignoscitur consuetudo substare prolata, omni penitus ab illis sorde mulierum ac familiaritate remota. Quod si hoc vulnere deinceps fuerit sauciati, mox erunt sub poenitentiae oneribus usque ad extremum vitae monasteriis religandi.	
---	--

57

Spanien: Verheiratete; keine Witwen, Konkubinen – Synode von Toledo IV (633), c. 19

T: Vives 199 (= Boelens 78, Anm. 12). – **Ü:** – **D:** Boelens 78, Anm. 12.

<i>XVIII. [De ordinatione episcoporum.]</i> (...) Praeteritis omissis, deinceps qui non promoveantur ad sacerdotium ex regulis canonum necessario credimus inserendum: id est qui (...) qui secundae uxoris conjunctionem sortiti sunt, aut numerosa conjugia frequentarunt, qui viduam vel marito relictam duxerunt aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas ad fornicatione habuerunt (...)	
---	--

uxoris] auxoris *Vives*

Isidor – Synode von Toledo IV (633), c. 21

T: Bruns I, 230. – **Ü:** Cochini 389f. (engl.). – **D:** Cochini 389f., Anm. 314.

<p style="text-align: center;">XXI.</p> <p>Quicumque in sacerdotio dei positi sunt, irreprehensibiles esse debent, Paulo apostolo attestante: <i>Oportet episcopum irreprehensibilem esse</i>; inoffensos igitur et immaculatos decet dei existere sacerdotes, nec ullo eos fornicationis contagio pollui, sed caste viventes mundos semetipsos celebrandis exhibeant sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo et ab omni inquinamento carnis liberi maneamus, ut mundi corpore, purgati mente possimus ad sacrificium Christi digni accedere et deum pro delictis omnium deprecari.</p>	<p><i>Can. 21:</i> All those who have a rank in God's priesthood must be irreproachable as attested by St. Paul: the bishop must be irreproachable. It is therefore fitting that the priests of God be protected against the encroachments of [sin], without stain, without defilement by acts of fornication; but let them live chastely and present themselves with purity to the celebration of the mysteries. Let us therefore abstain from every evil deed and remain free from carnal defilement so that, pure in body and purified in spirit, we can worthily reach the sacrifice of Christ and supplicate God for everyone's sin.</p>
---	---

Isidor – Synode von Toledo IV (633), c. 22

T: Bruns I, 230. – **Ü:** Cochini 390 (engl.). – **D:** Cochini 390, Anm. 315.

<p>Quamvis conscientiam puram apud deum nos habere oporteat, tamen et apud homines famam optimam custodire convenit, ut juxta praeceptum apostolicum non tantum coram deo, sed etiam coram hominibus vitae sanctae testimonium habeamus; quidam enim hucusque sacerdotum non modicum scandalum creaverunt, dum in accusatione luxuriae, in conversatione vitae non bonae famae existunt. Ut igitur excludatur deinceps omnis nefanda suspicio aut casus, et ne detur ultra saecularibus obrectandi locus, oportet episcopos testimonium probabilium personarum in conclavi suo habere, ut et deo placeant per conscientiam puram et ecclesiae per optimam famam.</p>	<p><i>Can. 22:</i> Though the essential, for us, is to have a pure conscience in God's eyes, it is also fitting to keep an excellent reputation in the eyes of men, so that, in keeping with the apostolic precept, we can have the witness of a holy life not only before God but before men. Now, certain priests have caused a great scandal until now: they are accused of lewdness, and, because of their behavior, they do not, enjoy a good reputation. As a consequence, from now on, in order not to provide the opportunity to men of the world to deprecate [us], the bishops must have in their lodgings people worthy of trust and serving as their witnesses; thus they will be more pleasing to God through the purity of their conscience and to the Church thanks to an excellent reputation.</p>
--	--

Isidor – Synode von Toledo IV (633), c. 23

T: Bruns I, 230f. – **Ü:** Cochini 390 (engl.). – **D:** Cochini 390, Anm. 316.

<p style="text-align: center;">XXIII.</p> <p>Non aliter placuit, ut quemadmodum antistites, ita presbyteres atque levitae, quos forte infirmitas aut aetatis gravitas in conclavi episcopi manere non sinit, ut et iidem in cellulis suis testes vitae habeant, vitamque suam sicut nomine ita et meritis teneant.</p>	<p><i>Can. 23:</i> It has seemed good [to us] also, just as it has for the bishops, that the priests and deacons whom age and health no longer permit to stay in the residence of the bishop should also have in their cells witnesses to their life, and that they conform, in name as well as in merit, to the [kind of] life that is theirs.</p>
---	---

Versprechen – Synode von Toledo IV (633), c. 27

T: Vives 199 (= Boelens 100, Anm. 151). – **Ü:** – **D:** Boelens 100, Anm. 151.

<p>Quando presbyteres aut diacones per parochias constituuntur, oportet eos professionem episcopo suo facere, ut caste et pure vivant sub timore dei, ut dum eos talis</p>	
--	--

professio alligat, vitae sanctae disciplina retineat.	
---	--

Wer im Haus des Klerikers wohnen durfte – Synode von Toledo IV (633), c. 42

T: Vives 207 (= Boelens 66, Anm. 266). – **Ü:** – **D:** Boelens 66, Anm. 266.

Cum clericis extraneae foeminae nullatenus habitent, nisi tantum mater et soror, filia vel amita, in quibus personis nicil sceleris aestimari foedus naturae permittit: id enim et constitutio anticorum patrum decrevit.	
---	--

* nicil (sic!)

Deposition und Exkommunikation – Synode von Toledo IV (633), c. 43

T: Vives 207 (= Boelens 66, Anm. 265). – **Ü:** – **D:** Boelens 66, Anm. 265.

Quidam clerici legitimum non habentes coniugium extraneorum mulierum vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt, ideoque quaecumque clericis taliter adiunctae sunt, ab episcopo auferantur et venudentur, illis pro tempore religatis ad poenitentiam quos sua libidine infecerunt.	
--	--

Keine Ehe mit Witwen, geschiedenen Frau – Synode von Toledo IV (633), c. 44

T: Vives 207 (= Boelens 84, Anm. 50). – **Ü:** – **D:** Boelens 84, Anm. 50.

Clerici qui sine consulto episcopi sui uxores duxerint, aut viduam aut repudiatam vel meretricem in coniugio acceperint, separari eos a proprio episcopo oportebit.	
---	--

Synode von Toledo VIII (653)

Bischöfe sind Vorbilder in der Lebensführung – Synode von Toledo VIII (653), c. 4

T: Vives 278 (= Boelens 100 und 100, Anm. 154); Bruns 1, 279. – **Ü:** – **D:** Boelens 100, Anm. 153f.; Gryson 188.

VIVES: (...) Unde quanto ipsi fiunt sequentium ducatores, tanti meritorum lumine debent esse fulgentes. Quapropter omnes episcopi inter ceterarum ornamenta virtutem nitore carnis debent propensius enitere, ut ex hoc audientes munditiam appetant ex quo doctores inmunditia non deturpant. Adeo si deinceps episcopi detecti fuerint execrabilibus flagitiis cum quibuslibet foeminis pollui ac familiari peculiaritate versari, noverint se inrevocabili sententia patrum ulcisci, id est et loci et ordinis sui dignitate privari.	
--	--

<p>BRUNS:</p> <p style="text-align: center;">IV.</p> <p>Quartae congressionis eventu obvis sese nobis intulit pontificalis culminis lapsus, quem ante flere quam disponere compulsi ex ordine sumus; nam cum secundum carnis assumptae mysterium ecclesiae suae fuerit dignatus caput existere Christus, merito in membris ejus intentio episcoporum officia peragere cernitur oculorum. Ipsi enim de sublimiori celsitudine ordinum regunt et disponunt subjectas multitudines plebium. Unde quanto ipsi fiunt sequentium ductores, tanto meritorum lumine debent esse fulgentes. Quapropter omnes episcopi inter ceterarum ornamenta virtutum nitore carnis debent propensius eniti, ut ex hoc audientes munditiam appetant, ex quo doctores immunditia non deturpat. Adeo si deinceps episcopi detecti fuerint execrabilibus flagitiis cum quibuslibet foeminis pollui ac familiari peculiaritate versari, noverint se irrevocabili sententia patrum ulcisci, id est et loci et ordinis sui dignitate privari.</p>	
	<p>GRYSON:</p> <p>A partir de cette époque, le concile de Tolède devient une véritable institution nationale. Il légifère aussi bien en matière civile qu'en matière ecclésiastique, et on y voit siéger les Grands du Royaume à côté des évêques. Le huitième concile de Tolède, en 653, rappelle à nouveau que les clercs majeurs, depuis l'évêque jusqu'au sous-diacre, sont tenus à la continence, même à l'égard de leur épouse. Les évêques se doivent de donner à leurs fidèles l'exemple d'une chasteté parfaite, pour les inciter à vivre eux-mêmes chastement</p>

Priester und Diakone unenthaltsam; Trennung von der Frau, bei Widerspenstigkeit Buße im Kloster – Synode von Toledo VIII (653), c. 5

T: Vives 278f. (= Boelens 100, Anm. 155f.). – **Ü:** – **D:** Boelens 100, Anm. 155f.

<p>V. Quintae actionis impulsu pervenit ad totius concilii sacrum auditum quosdam sacerdotes et ministros, obliviscentes maiorum veteribus constitutis, aut uxorum aut quarumcumque foeminarum se immunda societate ex execrabili contagione turpari, pessimi cordis obstinatione tam sacris litteris quam patrum regulis obviantes, nec levi quidem respiramine memoriae commendantes quod scriptum est: Sancti estote, quoniam et ego</p>	
---	--

sanctus sum, dicit Dominus : et illud apostolicum : «Mortificate membra vestra quae sunt super terram, id est fornicationem et immunditiam, concupiscentiam malam et avaritiam» : quibus quanto est pertinacior usus in malis, tanto austerioribus convenit obviare decretis. Propter quod flagitii dedecus specialiter hoc a sancto concilio definitur, ut omnes episcopi id ipsud in suis quarere sollicitate curent, et quum hoc verissime reperire potuerint, omnes placiti causatione tali constringant, ut nusquam ulterius tam abominanda committant. Mulieres vero seu liberae sint seu ancillae, hac illis turpitudine sociatae, ita omnimodis separentur aut certe vendantur, ut ulteris ad conscios sui criminis revertendi omnem habeant aditum denegatum : illi vero si omnimodo coerceri nequiverint, usque ad exitum vitae suae monasteriis deputati poenitentiae disciplinis maneant omnino subjecti.

Spanien – Synode von Toledo VIII (653), c. 6

T: Bruns I, 280. – **Ü:** Cochini 393 (engl.). – **D:** Cochini 393, Anm. 321.

VI.

Sextae discussionis objectu quorumdam male sibi consciorum patuit denotatum elogium, nam relatum est nobis quosdam subdiaconos, postquam ad sacri hujus ordinis pervenerint gradum, non solum carnis immunditia sordidari, cum scriptum sit: *Mundamini, qui fertis vasa domini*; sed etiam, quod dictu quoque nefas est, novis uxoribus copulari, asserentes hoc ideo sibi licere, quia benedictionem a pontifice se nesciunt percepisse. Proinde omni excusationum discisso velamine id praecipimus observari, ut cum iidem subdiacones ordinantur, cum vasis ministerii benedictio eis ab episcopo detur, sicut in quibusdam ecclesiis vetustas tradit antiqua, et sacra dignoscitur consuetudo substare prolata, omni penitus ab illis sorde, mulierum ac familiaritate remota. Quod si hoc vulnere deinceps fuerint sauciati, mox erunt sub poenitentiae oneribus usque ad extremum vitae monasteriis religandi.

Can. 6:

During the 6th [conciliar] discussion, dishonorable accusations were made against certain [clerics] iii advised [of their obligations]. Indeed, it has been reported to us that certain subdeacons, after their accession to this sacred Order, defiled themselves with carnal impurities—while it is written: „Purify yourselves, you who carry the vessels of the Lord“—and moreover, as we are ashamed to say, they contracted new marriages; they pretend that this is permitted to them because, insofar as they know, they did not receive a blessing from the bishop. This is why we [wish] to rip the veil [behind which all these clerics] try to justify themselves, and we order that [which follows] to be observed: When a bishop ordains subdeacons, let him confer upon them the blessing at the same time he gives them the [sacred] vessels of the ministry as [is required] by an ancient tradition in certain Churches; it is well known that this holy custom expresses for them [the obligation] to keep themselves from any defilement and any familiarity with women. In the future, if they are hurt by this wound, they will have to be sent

	to a monastery immediately to bear there the burden of penance until the end of their lives.
--	--

Buße im Kloster – Synode von Toledo VIII (653), c. 7

T: Vives 281 (= Boelens 101, Anm. 159); Bruns I, 280f. – **Ü:** Cochini 393f. (engl. und nur teilweise). – **D:** Boelens 101, Anm. 159; Cochini 393f., Anm. 322.

<p>VIVES: Quod si quis post hoc perennis dispositionis edictum non sinceriter sacris inhaeserit cultibus, et obiciens a se gratia quam accepit relabi ad coniugia moresque seculi adtemptaverit vel eum reddere constiterit, mox omni ecclesiastici ordinis dignitate privatus vere ut apostata a sanctae ecclesiae liminibus et societate fidelium habeatur prorsus exclusus, monasterii claustris, donec advixerit, sub poenitentia retrudendus.</p>	
<p>BRUNS:</p> <p style="text-align: center;">VII.</p> <p>Septimae assertionis accessu adiit coetum nostrum tam inverecunda progressio, quam ignobilis ac detestanda praesumptio; quosdam enim aut eventu necessitatum aut metu periculorum adeptos fuisse novimus ecclesiasticarum officia dignitatum, et quoniam cum illis imponerentur id sibi fieri noluisse testantur, idcirco haec spernere atque ad pristina pertentant coniugia moresque redire, tam nequiter coelestia jura solventes, quam prompte saecularibus extant illecebris inhiantes. Qua de re nosse nos convenit, quod episcopalis eminentiae culmen non immerito sacris omnibus esse summa percensuit, quae ceteris sacerdotibus exercenda prohibuit: scilicet templorum dei sacrationem, chrismatis benedictionem sacrorumque ordinum institutionem, quae tamdiu valenter ordinata persistunt, quam excellentissime conferuntur, qui et tanto ab eis singulariter impenduntur, quanto eidem summo culmini peragenda servantur. Quomodo ergo qui ea in se recipit a se rejicere poterit, cum haec a nullo altero conferri quam a solis pontificibus novit, a quibus nec ligata solvi nec soluta poterunt ab aliquo religari? Sic enim ad Petrum veritas ait: <i>Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelo, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelo.</i> Nequaquam ergo aliquando poterit profanari, quod divinae jussionis simulque apostolicae traditionis</p>	<p>COCHINI:</p> <p><i>Can. 7:</i></p> <p>Upon taking up point 7 of our agenda, our assembly was struck by a number [of problems]: it was as much a question of increasing defiance as it was of a kind of pride we had never before encountered [until now], an ignoble, detestable presumption. We have learned, actually, that certain men have accepted Church positions and ecclesiastical honors either under duress or in order to escape [various] dangerous situations. They insist that they were not free to make their own choices when these [offices] were imposed on them, and therefore they take the opportunity to renounce their ministries and to revert to their former married states; they unscrupulously dispense themselves from [their] sublime responsibilities and quickly demonstrate how captivated they are by the charm of earthly things. ...</p>

auctoritate sacrum noscitur extitisse; verum sicut sanctum chrisma collatum et altaris honor evelli non queunt, ita quoque sacrorum decus honorum quod his compar habetur et socium, qualibet fuerit occasione perceptum, manebit omnibus modis inconvulsum. Ad extirpandum vero radicitus hujus callidae machinationis inutile argumentum, id sibi rationabiliter dari noverint in objectu, quod sacrosancti baptismatis inappretiabile donum et semper et saepe non solum nolentibus, verum etiam, quod majus est, nescientibus impertitur; sed hoc a nullo penitus profanari permittitur. Quod si et hic opponitur necdum rationis capaces existere, qui hoc probantur accipere, hinc omnimodo conticescant; quia si majores impune non deserunt, quod parvuli vel nesciendo vel nolendo percipiunt; quanto magis non convenit violari, quod pro mortis aut poenarum evadenda pernicie, occulta dei dispensatione dignoscitur obvenisse? Recedant ergo talium desideriorum impuderati fautores, et licet inviti perceperint, quod non merebantur habere, libenter tamen ob hoc coeleste retineant praemium, quod nolendo pro terrenae consecuti sunt necessitatis eventu, ut tandem inviti appetant bona diligere, quae sponte videntur desides impugnare. Quod si quis post hoc perennis dispositionis edictum non sinceriter sacris inhaeserit cultibus, et abjiciens a se gratiam, quam accepit, relabi ad conjugia moresque saeculi attentaverit vel eum redire constiterit, mox omni ecclesiastici ordinis dignitate privatus vere ut apostata a sanctae ecclesiae liminibus et societate fidelium habeatur prorsus exclusus, monasterii claustris donec advixerit sub poenitentia retrudendus.

— In order to stamp out [their] futile plottings and subterfuges, let [these clerics] hear the objection we are justified in putting to them: the inestimable gift of baptism is often, and irrevocably, granted not only to people who do not ask for it, but what is more, it is even granted to people who have no idea what it means; still, no one is permitted to profane it. ...

— Therefore, let them pay attention [to this objection], those shameless men who plead for such desires, and even though they have received in spite of themselves something they did not deserve to get, let them nevertheless keep in good faith the heavenly reward that goes with it; they obtained it without desiring it, thanks to an earthly necessity; well, let them [take some time and] eventually learn to desire and to love the blessings that they can obviously see it is useless to resist. And let any man who, after this ordinance is promulgated, remains obdurate and refuses to apply himself sincerely to holy religion, and who rather, rejecting the grace he has received, attempts to return to his former married state and to the ways of this world—and does so publicly—let that man be immediately stripped of all dignity attached to whatever rank he holds in the Church, and in truth, let him be held henceforward to be an apostate, expelled from the threshold of holy Church and from the communion of the faithful; he shall be forcibly confined to a monastery, there to do penance to the end of his days.

Synode von Toledo IX (655)

Zustände schlecht – Synode von Toledo (655), c. 10

T: Vives 302f. – **Ü:** – **D:** Boelens 101, Anm. 160ff.

X. De damnatione filiorum qui ex sacerdotibus et ministri geniti comprobantur.

Quum multae super incontinentiam ordinis clericorum hactenus emanaverint sententiae patrum et nullatenus ipsorum formari quieverit correctio morum, usque ad eos sententiam iudicantium protraxere commissa culparum, ut non tantum ferretur ultio in auctoribus scelerum verum et in progenie damnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdiaconum deinceps vel ex ancillae vel ex ingenuae detestando conubio in honore constituti filios procreaverint, illi quidem ex quibus geniti probabuntur canonica censura damnentur; proles autem, tali nata pollutione, non solum parentum haereditatem nunquam accipiat sed etiam in servitum eius ecclesiae de cuius sacerdotis vel ministri ignominio nati sunt iure perenni manebunt.

Synode von Toledo XVI (693)

Sodomie, Deposition – Synode von Toledo XVI, c. 3

T: Vives 500. – **Ü:** – **D:** Boelens 112, Anm. 235.

III. De sodomitis

(...) At nunc quoniam haec funesta actio et sodomiticae operationis malum multos sauciasse perpenditur, adeo nos ob huius foedissimae causae extirpandam consuetudinem zelo Domini ardentibus omnes in commune sanccimus, ut quique huius nefariae actionis patratores extiterint quique in his turpitudinibus sese implicari permiserint et contra naturam masculi in masculos // hanc turpitudinem operaverint, si quidem si episcopus, presbyter aut diaconus fuerit, de proprii honoris gradu deiectus perpetui exili manebit damnatione percussus.

Synode von Toulouse / Concilium Tolosanum (1056)

Enthaltbarkeit, Exkommunikation – Synode von Toulouse (1056), die unter der Leitung des deutschen Papstes Viktor II. (Gebhard von Eichstätt) abgehalten wurde, c. 7

T: Mansi 19, 848. – **Ü:** – **D:** Boelens 121, Anm. 25; 138, Anm. 105f.

VII. Placuit quoque, presbyteros, diaconos, et reliquos clericos, qui ecclesiasticos tenuerint honores, abstinere omnimodis ab uxoribus, vel reliquis mulieribus. Quod si non fecerint, honore simul et officio priuentur, et a propriis episcopis excommunicentur.	
--	--

Synode von Tours I (460/461)

Vorwort – Synode von Tours (461), praefatio

+++ **T:** CC 148, 143. – **Ü:** Cochini 277 (engl.). – **D:** Cochini 277, Anm. 51.

Cum ad sacratissimam festiuitatem qua domni nostri Martini receptio celebratur, in ciuitate Turonorum beatissimi sacerdotes, quorum subscriptio subter adiecta est, conuenissent, necessario crediderunt ut, quia per longam incuriam in aliquo de rebus ecclesiasticae disciplinae regula fuisset uitata, definitionem, quae cum patrum auctoritate concordat, praesentis scripturae emissionem firmarent: non quae prius illicite admissa sunt reuoluentes, sed in posterum uniuersorum utilitati prospicientes, ut secundum euangelica praecepta et apostolicam doctrinam patrum statuta seruantes, ecclesia Domini pura et immaculata permaneat.	Gathered together in the city of Tours ... the very holy bishops whose signature is appended herein below have deemed it necessary to confirm by the present text a decision made in agreement with the authority of the Fathers; on certain points of ecclesiastical discipline, a laxity of long duration had indeed favored a modification of the law; [the bishops decided on this] not with the intention of returning to what had previously and illegally been tolerated, but to foresee what could be beneficial to all; [their goal] is to observe the decrees of the Fathers in conformity with evangelical precepts and apostolic doctrine so that the Church of the Lord remain pure and immaculate.
--	--

Synode von Tours I (461), can. 1

+++ **T:** CC 148, 143,12–144,36. – **Ü:** – **D:** Gryson 192f.

1. Primo ergo in loco sacerdotes uel ministri ecclesiae, de quibus dictum est: <i>Vos estis lux mundi</i> , ita in omni sancta conuersatione a Dei timore actus suos dirigant, ut et diuinae possint placere clementiae et bonum fidelibus praebeant exemplum, quia sicut: <i>Vae eis per quos nomen Dei blasphematur</i> , ita illi immortalitatis gloriam consequentur, per quorum actus nomen Dei benedicatur. Si enim uniuersis fidelibus, secundum apostolicam doctrinam, castitas custodienda indicitur, <i>ut qui habent uxores ita sint quasi non habentes</i> ,	
--	--

quanto magis sacerdotes Dei ac leuitae diuino mancipati altario, custodire debent ut non solum cordis uerum etiam corporis puritatem seruantes, pro plebe supplicaturi preces suas ad diuinum introire mereantur auditum; quia secundum auctoritatem Apostoli: *qui in carne sunt, Deo placere non possunt; uos autem non estis in carne sed in spiritu;* et iterum: *omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed polluta est eorum et mens et conscientia.* Cum ergo laico abstinentia imperetur ut possit orationi uacans et Deum deprecans audiri, quanto magis sacerdotes uel leuitae, qui omni momento parati Deo esse debent; in omni munditia et puritate securi, ne aut sacrificium offerre aut baptizare, si id temporis necessitas poposcerit, cogantur. Qui si contaminati fuerint carnali concupiscentia, qua mente excusabunt, quo pudore usurpabunt, qua conscientia, quo merito exaudiri se credent?

En premier heu, les prêtres et les ministres de l’Eglise dont il est dit : « Vous êtes la lumière du monde, » doivent mener une vie toute de sainteté et se laisser inspirer, dans leurs actions, par la crainte de Dieu, en sorte qu’ils puissent en même temps être agréables à la clémence divine et donner aux fideles le bon exemple. De même quo la malédiction est sur ceux « par qui le nom de Dieu est blasphème », de même ceux-là obtiendront la gloire de l’immortalité, dont les actions font quo le nom de Dieu soit béni. S’il est prescrit à tous les fidèles, selon l’enseignement de l’Apôtre, de garder la chasteté, en sorte « quo ceux qui ont des femmes, soient comme s’ils n’en avaient pas, » combien plus doit-elle être gardée par les prêtres de Dieu et par les lévites qui sont voués au service de l’autel de Dieu ! Ils ne doivent pas seulement garder la pureté du cœur, mais aussi celle du corps. Ainsi mériteront-ils d’être entendus de Dieu, lorsqu’ils lui adresseront leurs prières pour le peuple. Comme le dit l’apôtre, « ceux qui sont dans la chair, ne peuvent plaire à Dieu ; vous-mêmes, vous n’êtes plus dans la chair, mais dans l’esprit. » Et encore : « Tout est pur pour les purs ; mais pour les hommes souillés et sans foi, rien n’est pur ; leur esprit comme leur conscience sont pollués. » Si la continence est prescrite au laïc, pour qu’il puisse être exaucé, lorsqu’il va qu’à la

	<p>prière et qu'il supplie Dieu, combien plus aux prêtres et aux lévites ! A tout moment, ils doivent être prêts pour Dieu, forts d'une pureté sans tache, en sorte qu'ils ne doivent pas offrir le sacrifice ou baptiser contre leur gré, si la nécessité du moment venait à l'exiger. Au cas où ils se trouveraient souillés pour avoir cédé aux désirs de la chair, quelle raison donneront-ils pour s'excuser ? Dans quel sentiment de honte le feront-ils quand même ? Quelle conscience, quel mérite, leur donneront confiance d'Être exaucés?</p>
--	--

Synode von Tours I (461), can. 2

T: CC 148, 144,37–145,53. – **Ü:** – **D:** Interpretation: Boelens 54; Gryson 192f.

<p>2. Et licet a patribus nostris emissa auctoritate id fuerit constitutum, ut quicumque sacerdos uel leuita filiorum procreationi operam dare fuisset conuictus, a communione dominica abstineretur, nos tamen huic districtioni moderationem adhibentes et iustam constitutionem mollientes, id decreuimus ut sacerdos uel leuita coniugali concupiscentiae inhaerens uel a filiorum procreatione non desinens, ad altiorem gradum non conscendat neque sacrificium Deo offerre uel plebi ministrare praesumat. Sufficiat his tantum ut a communione non efficiantur alieni. Sed ut haec ualeant obseruari, fomitem omniuin uitiorum oportet abscidi, Apostolo praecipiente: <i>nolite inebriari uino in quo est luxuria</i>. Et quam graui ebrietas supplicio expietur, idem apostolica manifestat doctrina, inter cetera dicens: <i>neque fornicatores neque idolis seruiantes neque ebriosos regnum Dei possessuros</i>. Si quis uero in omni officio clericali <i>Deo militans</i> ab ebrietate se non abstinuerit, secundum status sui ordinem competens in eum uindicta tribuatur.</p>	
	<p>On aura reconnu, sans doute, les thèmes et le dossier biblique de la synodale Cum in unum, dont ce texte est manifestement inspiré. Les Peres de Tours s'écartent toute fois de la synodale au moment de fixer la peine qui frappera les transgresseurs. On se rappelle que le document romain englobait dans une commune excommunication tous ceux qui violeraient les bis qui s'y trouvaient édictés. Les Peres de Tours, tout en reconnaissant qu'une pareille sévérité n'est pas injustifiée, déclarent qu'ils entendent néanmoins, pour leur</p>

	part, user de plus de douceur. Aux termes de leur décret, le prêtre ou le lévite qui continue de céder au désir et qui ne cesse pas de procréer des enfants, se verra interdire tout avancement dans les ordres et ne pourra plus offrir le sacrifice ou y servir le peuple ; mais il ne sera pas privé de la communion. Le texte ajoute que, pour être à même d'observer cette loi, ceux à qui elle s'applique, devront veiller à ne pas abuser du vin, car l'ivresse est la mère de tous les vices.
--	---

Vereinheitlichung der (strengen) Strafe in Tours, Exkomm. – Synode von Tours I (460), c. 3

T: Munier 145 (= Boelens 70, Anm. 286). – **Ü:** – **D:** Boelens 70, Anm. 286.

Si quis vero clericus post interdictum episcopi sui illicitis familiaritatibus ex-tranearum feminarum voluerit inhaerere a communione habeatur alienus.	
---	--

Boelens: Man übernahm also wieder die Straffart der Synode von Arles, sogar im Wortlaut: „a communione habeatur alienus“.

Kleriker dürfen heiraten, aber keine Witwen – Synode von Tours I (460), c. 4

T: Munier 145 (= Boelens 36). – **Ü:** – **D:** Boelens 36, Anm. 71.

clericus cui nubendi datur licentiam inter-nuptam non accipiat uxorem.	
--	--

BOELEN 36: „Der „clericus“ war hier vermutlich nur der niedere Kleriker, denn in c. 2 derselben Synode wurde für Priester und Leviten die besondere Verfügung erlassen, enthaltsam zu leben.“

Synode von Tours (567)

Umgeben von den Klerikern – Synode von Tours (567), c. 13

T: CC 148A (ed. de Clercq), 180f. – **Ü:** Cochini 342f. (engl.). – **D:** Boelens 57, Anm. 218; Cochini 342f., Anm. 199.

Episcopus coniugem ut sororem habeat et ita conversatione sancta gubernet domum omnem tam ecclesiasticam quam propriam, ut nulla de eo suspicio quaquaratione consurgat. Et licet Deo propitio clericorum suorum testimonio castus vivat, quia cum illo tam in cella quam, ubicumque fuerit, sui habitant eumque prosecuntur et presbyteri et diaconi vel deinceps clericorum turba iuniorum Deo adiutore conversantur: sic tamen propter zelotem Deum nostrum tam longe absint	<i>Can. 13 (12):</i> Let the bishop treat his wife as a sister, and let him rule all his house, the church as well as his home, in such a holy way that no motive of suspicion could arise. And even though by the favor of God and thanks to the witness of his clerics he leads a chaste life, it must be taken into account that the relatives who share his quarters follow him wherever he goes and that priests and deacons and even a crowd of young clerics, with God's help live [with him]: this is why, given the jealousy of
---	--

mansionis propinquitate diuisi, ut nec hi, qui ad spem recuperandam clericorum seruitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur.

our God, he should put a distance between himself and his relatives and live in a different house, so that even those who depend on the bishop's generosity and are given food by the servants of clerics, may not be contaminated by the proximity of female servants.

Zusammenleben mit Frauen – Synode von Tours (567), c. 20

T: CC 148A (ed. de Clercq), 183f. – **Ü:** Cochini 343f. (engl.). – **D:** Boelens 56f., Anm. 211–216; 58, Anm. 228; Cochini 343f., Anm. 200.

Archipresbiteri uero uicani et diaconi et subdiaconi non quidem omnes, sed plures in hac suspicione tenentur a populo, quod cum coniugibus suis maneant. Pro qua re hoc placuit obseruare, ut quocienscumque archepresbiter seu in uico manserit seu ad uillam suam ambulauerit, unus lectorum canonicorum suorum aut certe aliquis de numero clericorum cum illo ambulet et in cella, ubi ille iacet, lectum habeat pro testimonio. Septem tamen inter subdiaconus et lectores uel laicus habeat concessus, qui uicissim septemanas suas cum illo facere omnino procurent; qui distulerit, fustigetur. Et si in hoc presbiter neglegens inuentus fuerit, quod non hoc sic implere contendat, triginta diebus communione priuetur, donec poenitentiam agat et sic revertatur ad gratiam. Reliqui presbyteri et diaconi ac subdiaconi uicani hoc studeant, ut mancipiola sua ibi maneant, ubi uxoris suae; illi tamen segregatim solitarii in cella iaceant et orent et dormiant. Nam qui uxores non habent, in parte de mancipioliis suis habeant cellulas segregatim, ubi et ipsi quidem orent segregati et dormiant. Nam si inuentus fuerit presbiter cum sua presbiteria aut diaconus cum sua diaconissa aut subdiaconus cum sua subdiaconissa, annum integrum excommunicis habeatur et depositus ab omni officio clericali inter laicos se obseruare cognoscat, eo tamen permissio, ut inter lectores in psallentium choro colligatur. Illi uero archipresbyteri, qui talem cautellam super iuniores suos habere noluerint et non eos habuerint studio distringendi, ab episcopo suo in ciuitate retrudantur in cella ibique mense integro panem cum aqua manducent et poenitentiam agant pro sibi credito clero, quia nulli clericorum iuxta sententia canonum cum coniuge sua manere permittitur et quia

Can. 20 (19): Many archpriests, deacons, and subdeacons of the countryside—though not all, to be sure—are held in suspicion by the people because they have a common life with their Wives. This is why it has seemed good [to us] to observe [the following]: Each time an archpriest will reside in a village or will go to a country home, one of his appointed lectors, or at least another clergy member, will go with him and serve as his witness by sleeping in the same cell where he rests. Let him be granted, however, seven [chosen assistants] among the subdeacons, lectors, and laymen; taking turns during the week, they will take care to help him in everything [that has to be done]; let him who refuses be beaten. And if it be found out that a priest was negligent on this point and did not do as he was told, he will be deprived of communion for thirty days, for which period he will do penance and return to grace. Let the other priests, deacons, and subdeacons of the countryside see to it that their servants reside with their respective wives; as to them, let them live separately, alone in their cells, to pray and sleep there. Those who have no wives also should have separate cells, far from their servants, where they can pray and sleep alone. If a priest is discovered in the company of his priestess, a deacon with his deaconess, or a subdeacon with his subdeaconess, let him be excommunicated for a whole year and demoted from all clerical functions; let him know that he has to stand apart from the lay people, with the exception of his taking his place among the lectors during the choral chanting of the psalms. As to the archpriests who neglect to manifest such prudence with regard to their subordinates and do not guide them while themselves being careful to live separately, let them be urgently recalled to town by their bishop and remain [locked up] in their cells for

haeresis Nicolaitarum per Nicolai facilitatem surrexit, uti legitur: Ista haeresis presbiterorum a quodam presbitero primum surrexit, etiam quod nullus potuit aestimare, quod auderet ille, qui corpus Domini consecrat, talia perpetrare, nisi tempore nouissimo pro peccatis nostris ista surrexerunt. Si illi diaconi omnium sententia episcoporum damnati sunt et heretici reputati ac si tales diaconi illi subiacerent maledictione, quos patrum statuta pro hac causa damnarunt, quid illi infelices presbyteri, qui tali sunt peccato subiecti, ut alios trahant in praeceptum secum, qui eos tali ordine uiuere cernunt, ut, qui deberent esse forma praecepti, ipsi inueniantur forma peccati. Rectius est, ut capud* morbidum, si curare non potest amputetur, quam grex pro eodem infelicetur. Tales ergo sacerdos et pastor non debet a populo uenerari sed rennui, qui non formam disciplinae sed uitii docet, dum se ipsum non corregit.

a full month, on bread and water; [thus] they will do penance for the clergy entrusted to them, because no cleric is permitted, in conformity with the canons' decisions, to live in common with his wife, and because it was the instability of Nicolas that brought about the heresy of the Nicolaitans, as it is written: „This heresy of priests was first brought about by the fault of a certain priest“; no one could have imagined that a man consecrating the Body of the Lord would dare perpetrate such actions if, because of our sins, these [heresies] had not recently arisen [again]. If those deacons were condemned by a general decision of the bishops and reputed heretics, just as they would have been for the same reason by the decrees of the Fathers, and were thus vowed to the curse, what do these unfortunate priests, guilty of such a great sin [not incur]? Are they not leading to their perdition, along with themselves, those who see them living in such a manner? They who should be a model of precept are showing themselves first as a model of sin. If the head is sick and incurable, it is better to cut it off rather than let the flock beinfected by its fault. Such priests and shepherds who refuse to amend their lives are a manifest example of vice and not of discipline, and must not be venerated but denied by the people.

* sic!

Synode von Tours (1060)

Frau entlassen oder Amt aufgeben – Synode von Tours (1060), c. 6
T: Mansi 19. 927 (= Boelens 140, Anm. 122). – **Ü:** – **D:** Boelens 140, Anm. 122.

Praeterea, si quis episcoporum, presbyterorum, diaconorum aut subdiaconorum, post cognitum interdictum domini nostri papae Nicolai, mulieris cuiuslibet carnali detentus copula, a ministerio et beneficio altaris non cessavit; sive deinceps cognoscens praelibatum apostolicae sedis interdictum, aut mulierem aut ministerium ecclesiae cum beneficio non statim deseruerit, nullam restitutionis in pristino gradu veniam sibi reservasse cognoscat.

Synode von Tribur (895)

Recht auf Heirat entzogen – Synode von Tribur (895), c. 27

T: MGH *Capitularia regum Francorum II* (XIX. *Additamenta ad Capitularia regum Franciae orientalis*), p. 228f. – **Ü:** – **D:** Boelens 83, Anm. 48.

In synodo Calcidonensi cap. VII. statutum est, ut clerici, ‘qui semel in clero deputati sunt, neque ad militiam neque ad aliquam veniant dignitatem mundanam. Et hoc temptantes et poenitentiam non agentes, quominus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari’. Nos autem eandem sequentes canonicam auctoritatem statuimus, ut clericus ecclesiastice nutritus in ecclesia coram clero vel populo legens vel cantans, si postmodum relicto clericatus habitu a castris dominicis, quibus ascriptus est, profugus et apostata elabatur, et ad saeculum egreditur, ab episcopo canonice coerceatur, ut ad sinum matris ecclesiae revertatur. Quodsi in hac indisciplinatione perdurat, ut comam nutriat, constringatur, ut iterum detondeatur et postea nec uxorem accipiat, nec sacrum ordinem attingat.	
---	--

Synode von Troyes (1107)

Enthaltsamkeit – Synode von Troyes (1107), c. 4

T: Mansi 20, 1223 (= Boelens 157, Anm. 226). – **Ü:** – **D:** Boelens 157, Anm. 226.

De uxoris sacerdotibus, sive concubinariis, nisi cessaverint, ut ab altari moveantur, simul et de choro segregentur, praecipiendo mandamus. Quod si nec tunc cessaverint, procul a liminibus ecclesiae arceantur, nec ipsa laicali communionem fruuntur. Idem quoque de diaconibus statuimus.	
---	--

Synode von Vaison (529)

Erlaubnis für die jungen Lektoren aus Italien – Synode von Vaison (529), c. 1

T: de Clercq 78 (= Boelens 37, Anm. 75). – **Ü:** – **D:** Boelens 37, Anm. 75.

Cum vero ad aetatem perfectam pervenerint, si aliquis eorum pro carnis fragilitate uxorem habere voluerit, potestas ei ducendi coniugium non negetur.	
---	--

Synode von Valence / Concilium Valentinum (374)

Kirchenspaltung in Nordafrika gefährdet Enthaltensamkeit – Synode von Valence / Concilium Valentinum, can. 1

T: CCSL 148 (ed. Munier), 38,20–24 38; hier zitiert nach Heid 203, Anm. 47. – **Ü:** – **D:** Heid 203, Anm. 47.

Sedit igitur, neminem post hanc synodum, qua eiusmodi illicitis uel sero succurritur, digamos aut internuptarum maritos ordinari clericos posse; nec requirendum utrumne initiati sacramentis diuinis, ane gentiles, hac se infelicis sortis necessitate macularint, cum diuini praecepti certa sit forma.	
--	--

72

Synode von Vannes (465)

Eheverbot für Majoristen – Synode von Vannes (465), c. 11

T: Munier 154 (= Boelens 36, Anm. 72). – **Ü:** – **D:** Boelens 36, Anm. 72.

Presbyteri, diaconi atque subdiaconi vel deinceps quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia.	
---	--

BOELENS 36f.: „Diese in Vannes formulierte Norm bezüglich der Majoristenehe wurde auf der Synode von Agde (506) in c. 39 wörtlich wiederholt. Auch hier wurde das Verbot nur nebenbei erwähnt, es wurde also als bekannt vorausgesetzt. Offenbar wurde diese Vorschrift ziemlich allgemein eingehalten; denn sie wurde nur selten wiederholt oder neu eingeschärft.“

Synode von Winchester / Concilium Wintoniae (1076)

England: Unverheiratete – Concilium Wintoniae / Synode von Winchester (1076) unter Erzbischof Lanfranc

T: Mansi 20, 459 (= 150, Anm. 186ff.). – **Ü:** – **D:** Boelens 123, Anm. 31; 150, Anm. 186ff.

Decretum est, ut nullus canonicus uxorem habeat: Sacerdotum vero in castellis, vel in vicis habitantium, habentes uxores, non cogantur ut dimittant: non habentes, interdicanur ut habeant. Et deinceps caveant	
---	--

episcopi, ut sacerdotes vel diaconos non praesumant ordinare, nisi prius profiteantur ut uxores non habeant.	
--	--

Synode von Worms (868)

Enthaltsamkeit der Majoristen, Deposition – Synode von Worms (868), c. 9

T: Mansi 15, 871. – **Ü:** – **D:** Boelens 98, Anm. 143.

Placuit ut episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, abstineant se a conjugibus et non generent filios. Quod si hoc decretum violaverint, ab honore clericatus pellantur.	
--	--

73

Boelens: Dieser Kanon fehlt in der Ausgabe von Hartzheim II 312, wohl ein Versehen des Druckers, weil auch die Numerierung sonst mit Mansi gleich ist.

Der Erzbischof von Mainz, Luitbert, führte in Worms den Vorsitz. Er war auch dabei, als 20 Jahre später in Mainz selbst die große nationale Synode stattfand (888). Dort wurde zwar nicht der Text von Worms übernommen, sondern c. 25 der Synode von Carthago wiederholt, der inhaltlich das gleiche sagt [c. 19 Mansi 18. 69; vgl. oben Boelens S. 48]. Die Provinzialsynode von Metz, die im gleichen Jahr als eine Art Vorbereitung für Mainz gehalten worden war, war wohl genauso streng gegen die „extraneae“, erwähnte aber die Enthaltsamkeit nicht [Mansi 18. 79.].

Niedere Kleriker – Synode von Worms (868), c. 68

T: *Gr.:* F. J. Leroy, L'homilétique de Proclus de Constantinople [Studi e Testi 247. Vatikan, Biblioteca Apostolica Vaticana, 1967], 303 [TLG; 1210 (Historicum)/BO 2923 L619] ; vgl. PG 65, 729A–C. *Lat.:* PG 65, 730A–C (Übersetzungsgrundlage ist PG 65, 729A–C); vgl. Nicholas Constatas, Proclus of Constantinople and the Cult of the Virgin in Late Antiquity, Supplements to the Vigiliae Christianae 66, Leiden 2003, 125–272 (Homilia 1–5) [0100/BO 2923 C758]. –
Ü: – **D:** Cochini 68, Anm. 19.

<p>(3.) «Ὁν τρόπον, φησίν, εὐρέθη ὁ ῥῶζ ἐν τῷ βότρυϊ καὶ ἐροῦσι· Μὴ λυμάνεσθε αὐτὸν ὅτι εὐλογία Κυρίου ἐστὶ» [Is 65,8]. Λέγει δὲ τὸν μακάριον Ἰωάννην τὸν εὐαγγελιστὴν, μόνον διαφυλαχθέντα καὶ σώματι καὶ πνεύματι ἐν τῷ ἀποστολικῷ βότρυϊ μέχρι σταφιδώσεως, τουτέστιν μέχρι βαθυτάτου γήρως. (4.) Τοῦτο τὸ πρῶτον τοῦ Θεοῦ καὶ ἐξαίρετον δῶρον, τοῦτο τὸ φωτιστικὸν ἔλαιον τῆς διανοίας, τοῦτο τὸ καθαρὸν τῆς εὐωδίας θυμίαμα, τοῦτο τὸ πολύτιμον τῆς καρδίας μύρον, τοῦτο τὸ δόκιμον τῆς ψυχῆς ἄρωμα, τοῦτο τὸ ἀπαθέστατον τοῦ εὐώδους σώματος ἄνθος. Διὰ τοῦτο τὸ δῶρον ἀποθανῶν Ἄβελ ἔτι λαλεῖ· ὧν γὰρ ἡ λαμπὰς μὴ σβέννυται τῆς παρθενίας, τούτων ἀθάνατον μένει τὸ κλέος τῆς ἀγνείας. Διὰ τοῦτο τὸ δῶρον μένει ἱερεὺς ὁ Μελχισεδέκ εἰς τὸν αἰῶνα· διὰ τοῦτο τὸ δῶρον τοῦ δεσποτικοῦ πάθους γίνεται τύπος ὁ Ἰσαάκ· διὰ τοῦτο τὸ δῶρον θεὸς τοῦ Φαραῶ χειροτονεῖται ὁ Μωυσῆς. (5.) διὰ τοῦτο τὸ δῶρον τὰς δευτερούσας τῆς βασιλικῆς ἀξίας ἠνίας παραλαμβάνει ὁ Ἰωσήφ· διὰ τοῦτο τὸ δῶρον σωματικοῖς</p>	<p>Porro indicat divinus sermo beatum Joannem evangelistam, qui solus in apostolico botro, donec cessit in uvam passam, id est, ad extremam usque senectutem, corpore pariter ac spiritu incontaminatus servatus est. Hoc praecipuum eximiumque Dei donum est; hoc oleum quod mentem illuminat; hoc purum suavis odoris thymiamata; hoc cordis unguentum pretiosissimum; hoc probatissimum animi aroma; suaveolentis hoc corporis flos quam maxime immarcescibilis. Propter hoc donum defunctus Abel, adhuc loquitur. Quorum enim virginitatis lampas non exstinguitur; eorum immortalis permanet gloria castitatis. Ob hoc donum, Melchisedech sacerdos manet in perpetuum. Ob hoc donum, Isaac Dominicae passionis typus efficitur. Ob hoc donum, Moyses deus Pharaonis constituitur. Ob hoc donum, Joseph primus a rege, regiae dignitatis habenas suscipit. Ob hoc donum, Elias corporeis</p>	
---	---	--

<p>πεζεύει ποσὶν ὁ Ἡλίας τὸν αἰθέρα· διὰ τοῦτο τὸ δῶρον ἐκρίζουσι καὶ κατασκάπτειν τὰς βασιλείας ἐγχειρίζεται ὁ Ἰερεμίας· διὰ τοῦτο τὸ δῶρον τῶν ἀνημέρων θηρίων ἐμφράττει τὰ στόματα ὁ Δανιήλ· διὰ τοῦτο τὸ δῶρον φυλάττονται ἐν τῇ φοβερᾷ καμίνῳ οἱ τρεῖς παῖδες ἄβλαβεῖς· (6.) διὰ τοῦτο τὸ δῶρον υἱοὶ βροντῆς προσαγορεύονται οἱ δύο τοῦ Ζεβεδαίου υἱοί· διὰ τοῦτο τὸ δῶρον πιστὸς καθίσταται καὶ φίλος τοῦ οὐρανοῦ νυμφίου ὁ Ἰωάννης· καὶ συντόμως εἰπεῖν, διὰ τοῦτο τὸ δῶρον μήτηρ γίνεται τοῦ Δεσπότης τῶν ἀγγέλων ἢ ἐκ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων καταγομένη καὶ ἐκ τοῦ χοῦκοῦ διηρημένη φυράματος. Ἐγκύμων <i>ἠύρεθη</i> γενομένη <i>ἐκ Πνεύματος ἁγίου</i> [cf. Mt. 1, 8; vide infra, VII, § 2.].</p>	<p>pedibus incedit per aethera. Ob hoc donum, praeficitur Jeremias, ut regna evellat ac fuditus evertat. Ob hoc donum, immanium ferarum ora obstruit Daniel. Ob hoc donum, tres pueri illaesi in camino illo horribili servantur. Ob hoc donum, filii Zebedaei, tonitruum filii nuncupantur. Ob hoc donum Joannes ille, fidelis et amicus sponsi coelestis constituitur.</p>	
--	--	--

On the problem of this homily's authenticity, see CPG, n. 5805.

Pseudo-Chrysostomus

Keller: nicht vorhanden

Döpp: Repertorium pseudochrysostomicum, ed. J. A. de Aldama, Paris 1965

Konzil von Toledo III und die Goten; dauerhafte Enthaltensamkeit der Apostel – Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaem* 31

T: PG 56, 795. – **Ü:** – **D:** Heid 340, Anm. 44 (dort ist fälschlich von *Op. imp.* 32 die Rede).

<p>Item qui sexagesimum habet, id est, qui divitias potest contemnere, in jejunio permanere, caste vivere, corporales injurias sustinere, sine dubio et trigesimum habet. Et qui sciunt sollicitudines saeculi, et voluptates divitiarum, clarius eas contemnere possunt. Qui autem trigesimum habet, id est, qui malum non facit, sed quantum potest benefacit, hoc est enim trigesimum: ille non omnimodo et sexagesimum habet, id est, non omnino potest omnia bona sua contemnere, et omnibus diebus vitae suae jejunare, aut in castitate</p>	
--	--

vivere, aut corporales injurias pato. Hoc enim est sexagesimum. Ideo Dominus apostolis quidem, qui sexagesimum poterant, sic dicit: <i>Vendite quae habetis, et date eleemosynam</i> (Luc. 12. 33).	
---	--

Konzil von Toledo III und die Goten; Wichtigkeit sexueller Enthalttsamkeit – Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum* 32

T: PG 56, 799–804. – **Ü:** – **D:** Heid 340, Anm. 43.

Quomodo de camino ignis mortiferi carnalium passionum super pectus apostolorum zeli scintilla ceciderat, et modica quidem jam tantum conflabatur: sed Dominus, qui de longe sentit malorum vaporem, cito per humilitatis doctrinam, quasi cum aliquo fonte aquae largissimo titionem, priusquam accenderetur, restinxit, dicens: <i>Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut pueri, non intrabitis in regnum caelorum</i> (Matth. 18. 3), etc., et illos tunc sollicitos reddidit, et totum mundum de periculo hujus incendii liberavit.	
---	--

...

3. *Et accesserunt ad eum Pharisei, tentantes eum, et dicentes ei: Si licet homini quacumque ex causa uxorem suam dimittere?* Viro casto qualiscumque uxor bona videtur, quia perfecta caritas vitia non sentit. Qui diligit uxorem, de solvendo matrimonio legem necessariam non habet. Ubi autem de solvendo matrimonio lex requiritur, illic jam odium demonstratur: ubi odium invenitur, illic fornicatio esse cognoscitur. Quemadmodum si videas hominem assidue amicitias medicorum colentem, ex ipsa re statim intelligis, quia infirmus est: sic et cum videas sive virum, sive mulierem de dimittendis uxoribus aut viris legem interrogantes, cognosce quia vir ille lascivus est, et mulier illa meretrix est. Sic et Judaei erant homines fornicarii et contaminati, qui habentes uxores, habere non videbantur: quia uxor illis non erat quasi jucunda possessio castitatis, sed quasi desertum aestus libidinis illic religatae. Nam in matrimonio mox castitas delectatur, libido autem quasi vinculo conjugii colligata torquetur. Et non sit novum, quod dicimus, quia castitas in matrimonio delectatur. Nam primus est gradus castitatis sincera virginitas: secundus autem, fidele conjugium. Ergo species secunda virginitatis est matrimonii casta dilectio. Adierunt ergo Jesum tentantes, ut viderent si voluntatis

eorum amicus esset, an castitatis patronus: ut si quidem diceret, quia licet dimittere, laudarent eum: si autem non, contra dicerent ei: et hoc est proprie tentare. Qui autem vere interrogat, quicquid audierit, conquiescit. Si licet homini uxorem suam dimittere quacumque ex causa? O effraenata lascivia! Sciebant quia nullam causam idoneam habebant circa dimittendas uxores, praeter solam turpitudinem, alias atque alias sibi iungebant: ideo timuerunt interrogare. Ex quibus causis? Ne seipsos intra angustias certarum causarum constringerent. Sed interrogaverunt, si ex omnibus causis licet, scientes quia modum nescit libido: sed quanto exercetur, tanto magis accenditur, non leviter, nec intra terminos unius conjugii capit libido.

4. Ille respondens ait eis: Non legistis, quia qui fecit homines ab initio, masculum et feminam fecit eos? Id est, Legistis quidem, sed nolulistis facere quod legistis. Conscientiam illorum ad testimonium provocat, ut ostendat eis, quia ideo interrogant, non ut firmiter discant quod dubitant, sed ut excusabiliter faciant quod inexcusabiliter peccent. Masculum et feminam. Non masculum et multas feminas, ut uni masculino liceat plures feminas possidere: neque masculos et feminam, ut uni feminae liceat plures viros accipere: sed masculum et feminam, ut una femina nullum masculum putet factum esse in saeculo, praeter unum: ut unus masculus nullam putet feminam esse factam in saeculo, nisi unam. Non enim duas aut tres costas detulit de latere viri, et duas aut tres fecit mulieres (Gen. 2. 21). Cum ergo secunda aut tertia uxor steterit ante faciem tuam, sicut tunc Eva ante Adam, quomodo illis dicas, Hoc nunc os de ossibus meis (Gen. 2. 23)? Nam etsi vere costa est illa mulier, non tamen tua. Si ergo non illi dixeris, non illam confirmes esse conjugem tuam: si autem dixeris, mentiris. Si ergo Deus ad hoc masculum et feminam ex uno creavit, ut sint unum: quare ergo et de caetero vir et mulier non ex uno utero nascantur, sicut volatilia, quaedam? Quia Deus, quamvis masculum et feminam quidem creavit propter necessitatem filiorum generandorum, tamen semper castitatis fuit amator, et continentiae auctor. Ideo illum typum non servavit in hominibus, ut si quidem vult homo nubere secundum

primam dispositionem creationis humanae, intelligat quid est vir et uxor. Si autem noluerit nubere, non habet necessitatem nubendi propter conjunctionem nativitatis, ne forte videatur per suam continentiam alterum perdere, quem nolebat esse in continentia: quomodo dicemus post conjunctum matrimonium, ne alter altero nolente se separaret. 5. Propter quod relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhaerebit uxori suae. Propter quid? Quia ex viro est uxor, et ex una carne sunt ambo. Ergo nunc major caritas debet esse inter fratres et sorores, quia isti quidem conjuges ex eisdem parentibus exeunt, illi autem ex diversis. Sed hoc magnum est nimis, quia fortior est Dei constitutio, quam virtus naturae. Non enim praecepta Dei naturae subjecta sunt, sed natura praeceptis obtemperat. Deinde fratres licet ex uno nascentur, tamen ideo nascuntur, ut diversas vias petant. Vir autem et uxor licet ex diversis nascentur, tamen ideo nascuntur, ut in unum conveniant. Ergo hi, quamvis sunt ex uno, tamen non ita sunt quasi ex uno: quia ad hoc creati sunt, ut non sint unum. Illi autem quamvis non sunt ex uno, tamen ita sunt quasi ex uno: quia ad hoc creati sunt, ut sint unum. Vides ergo, quia non seipsum loquitur ordo naturae? Sed ordinationem Dei ex teipso considera. Quod enim est in herbis aut in arboribus humor, hoc est in hominibus amor. Sicut herbae ex humore nascuntur et crescunt, sic homines per amorem incipiunt et augentur. Humor quidem de radicibus ascendit in herbam, de herba autem non revertitur ad radices, sed sursum transmittitur in semen: sic et caritas de parentibus ascendit in filios; de filiis autem non revertitur ad parentes. Ideo parentes quidem filios diligunt, sed non sic diliguntur a filiis: quia sicut herba non deorsum, sed sursum ad semen transmittit humorem: sic et homo non ad parentes, sed ad procreandos filios transmittit affectum. Et erunt duo in carne una. Sicut qui spiritualiter se diligunt, multorum animae quasi una anima esse dicuntur, dicente Scriptura: Omnium credentium erat cor unum et anima una (Act. 4. 32): sic et vir et uxor qui carnaliter se diligunt, una caro dicuntur. 7. Dicunt illi: Quid ergo Moses mandavit dare libellum repudii, et dimitti? Displicet peccatoribus doctrina

justitiae, gravis est fornicantibus interpretatio castitatis. Si contra rationem quidem respondere non possunt, veritati tamen credere non acquiescunt. Quid ergo? Conferunt se ad patrocinium viri sanctissimi Mosi, cujus personam verebantur omnes et timebant, ut doctrinam Christi, quam ratione vincere non poterant, per auctoritatem validioris personae destruerent: ut dum Moses irreprehensibilis reprehendi timetur, veritatis interpretatio taceatur: sicut solent homines facere, malam causam habentes; confugiunt ad potentes viros, ut si per justitiam non possunt, vincant per personam. Tamquam si ita invidiose respondeant: Quid ergo? Moses praecepit in lege, qui fuit quasi visibilis lingua invisibilis Dei, qui incorruptibilem gloriam corruptibilibus oculis vidit, et testimonium divinitatis in vultum suscipiens portavit ad populum (Exod. 34): tu autem, homo vilissimus, fabri lignarii filius, quomodo destruis quod ille constituit? Si Filius Dei es, sicut dicis, quare confundis tuum ministrum? si homo es similis nostri, quomodo reprehendis tuum auctorem? Si malum est, quare praecepit? si bonum est, quare destruis?

8. Tunc ait Jesus: Moses, inquit, propter duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras. Frequenter vobis Moses propter duritiam vestram injustitiam quasi justitiam praecepit, ut in eremo hostias offerre Deo. Et quomodo dicit propheta? Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos (Psal. 49. 9). Sed quia patres vestri egressi erant de Aegypto, corpore, tamen non animo: nam totam Aegyptum secum in moribus bajulabant: videns itaque Moses propter dilectionem carnalem circa studia sacrificiorum eos esse inclinatos, si mandasset eos recedere a sacrificiis, non fuerat audiendus: quia annosa passio medicamento momentaneo non curatur. Jussit eos sacrificare quidem, sed jam non daemonibus, sicut in Aegypto, sed Deo vivo. Dimidium mali permisit, ne totum perderet bonum. Hac ratione permisit, vos dare libellum repudii, quia melius judicavit permittente lege matrimonia solvi, quam odio compellente homicidium fieri. Permisit vobis mala facere, ne faceretis pejora. Ergo haec vobis permittendo, non vobis justitiam Dei

demonstravit, sed a peccato abstulit culpam peccandi, ut quasi secundum legem agentibus vobis peccatum, vestrum non videatur esse peccatum. Utpote, si quis habeat servum, qui furatur et inebriat se, considerans dominus, quia si utrumque sibi insimul mandaverit observare, nihil proficit: mandat illi quidem, ut bibat quantum vult, sed publice bibat, ut hoc quidem, quod bibit, sit secum novum bonum, ut paulatim discat obedire praeceptis. Sic permissum est dari repudium, malum quidem, tamen licitum a creatione. Et apostoli praeceperunt secundas adire nuptias, propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere secundum praeceptum Apostoli est: secundum autem veritati rationem vere fornicatio est (1. Tim. 5. 9); sed dum permittente Deo publice et licenter committitur, fit honesta fornicatio. Propterea bene dixit, quia Moses hoc permisit, non praecepit. Aliud est praecepere, aliud est permittere. Quod enim praecepimus, semper placet: quod autem permittimus, nolentes praecepimus: quia malam voluntatem hominum ad plenum prohibere non possumus. Matrimonium non facit coitus, sed voluntas. – 9. Amen dico vobis, quicumque dimiserit uxorem suam, nisi fornicationis causa, moechatur. Omnis res, per quas causas nascitur, per ipsas absolvitur. Matrimonium enim non facit coitus, sed voluntas: et ideo illud non solvit separatio corporis, sed separatio voluntatis. Ideo qui dimittit conjugem suam, et aliam non accipit, adhuc maritus est. Nam etsi corpore jam separatus est, tamen adhuc voluntate conjunctus est. Cum ergo aliam acceperit, tunc plene dimittit. Non ergo qui dimittit moechatur, sed qui alteram ducit. Sicut autem crudelis est et iniquus, qui castam dimittit: sic fatuus est et injustus, qui retinet meretricem. Nam patronus turpitudinis ejus est, qui crimen celat uxoris. Imitatores ergo debemus esse Dei, ut sicut ille agit cum Ecclesia, sic nos agamus cum conjugem. Ille enim numquam derelinquet populum, nisi ad gentilitatem vel ad haeresim voluntarie transierit: alias autem peccantem castigat quidem, tamen misereri non cessat, dicente propheta: Si dereliquerint filii ejus legem meam, visitabo in virga injustitias eorum: misericordiam autem meam non

dispergam ab eis (Psal. 88. 31. 33. 34). Sic et vir meretricem quidem dimittat, alias autem male morigeratam castiget et teneat. Quomodo? Tribus modis. Primum docendo secundum Deum. Si autem contempserit timorem Dei, improperando, ut vel homines erubescat. Si nec pudorem sentit frequenter confusa, faciat illi quod praecepit Salomon: Cor durum baculo percute (Prov. 10. 13). Ergo primum admone, quia multum proficit doctrina justitiae. Deinde confunde, quia frequenter et pudor frenum est vitiorum. Tertio justum est, ut castigetur quasi ancilla, quae erubescere nescit ut libera. Aliter. De Galilaea turbae in mysterium gentium sequutae sunt Dominum in fines Judaeae, ibique curatae sunt. Juste in fines transierunt Judaeae; nec enim potuissent curari, nisi relictis finibus suis, in fines transissent Judaeae, sicut scriptum est in Isaia: Et venient omnes gentes, et dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, et in domum Dei Jacob, et annuntiabit nobis viam suam, et ambulabimus in ea (Isai. 2. 3). Et curatae sunt gentes in finibus Judaeorum ad confusionem ipsorum, quia gentes quidem et in aliena sequutae sunt Christum, Judaei autem in finibus suis constitutum tentaverunt et repulerunt, et in fornicationibus suis corporalibus fornicationem suam confessi sunt spiritualem, dicentes: Si licet viro dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Quia non potest animo esse castus, qui corpore est lascivus: hoc est, non potest Deo esse fidelis, qui uxori suae perfidus est: sicut nec ex diverso conscientiam servat, qui Deo fidem non servat, sed altera alterius fornicationis est accusatrix. Nam etsi interim non praevaricatur lascivus, tamen jam in eo statutus est ut praevaricetur, si corruptio persuasionis accesserit. Et illi quidem secundum carnem interrogabant, quae pati merebantur secundum spiritum: Si licet dimittere uxorem quacumque ex causa? Christus autem respondit eis, quod facere eos non decebat, dicens: Quicumque dimiserit uxorem, nisi ob causam fornicationis, et aliam duxerit, moechatur. Sicut enim uxorem quocumque modo contra voluntatem viri agentem dignum est repellere, non est autem justum quantum ad gravitatem viri, nisi ob causam fornicationis: sic et Ecclesia,

quocumque modo contra voluntatem egerit Christi, digna est abjici: non autem abjicitur propter longanimitatem Christi, nisi sola causa transgressionis. Sicut enim si Christus prius dimisisset Ecclesiam Judaeorum, non eis subministrans per Scripturas notitiam suae divinitatis, ipse faciebat eam adulteram cum diis extraneis, quoniam natura, rationalis et subdita Deo creata, sine Deo non potest esse: sic Christo semper eis scientiam suae divinitatis subministrante, quoniam synagoga spernens transibat ad idola, inexcusabilis adultera reperta est. Propter quod repulit Christum, non repulit eam Christus: non quacumque ex causa, sed propter causam fornicationis ipsius: quia non solum, relicto Christo, diabolo se conjunxit, sed etiam interfecit, pro quo mori debuerat. Ab initio enim Deus genuit Christum: deinde creavit hominem, rationabilem naturam angelorum et animarum, quasi conjugem, et potentem suscipere verbum ipsius. Ideo clamat: 6. Quod Deus conjunxit, homo non separet. Et multis quidem modis homo separat, quod conjunxit Deus. Quando enim quis audet dicere aut facere aliquid per quod scandalizati homines recedant a Christo, homo separat, quod Deus conjunxit. Sed et si nullus alter hoc faciat, ipse autem homo peccans a Deo recedat, repellens Spiritum ejus a se, homo videtur separasse quod Deus conjunxit. 10. Dicunt ei discipuli: Si ita est causa viri cum uxore, non expedit nubere. Audientes cogitabant apud se: Mulier bona difficile invenitur, protestante Salomone: In mille virum bonum invenies: in omnibus autem his mulierem non invenies (Eccle. 7. 29). Mulieris malae descriptio. – Quid autem est aliud mulier, nisi amicitiae inimica, ineffugabilis poena, necessarium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura, boni colore depicta? Ergo si dimittere illam peccatum est, necesse est ut, aut dimittentes, adulterium alterum faciamus, aut tenentes, quotidianas pugnas et amaritudines habeamus. Ideo responderunt: Si ita est viri causa cum uxore, non expedit nubere. Tunc Dominus non dixit, quia expedit, sed magis consensit, quia non expedit: sed infirmitatem carnis aspiciens dixit: 11. Non omnes capiunt verbum istud,

sed quibus datum est . Non dixit, Non omnes possunt: sed, Non omnes capiunt: id est, Omnes quidem capere possunt, sed non tamen omnes capere volunt. Palma proposita est. Qui concupiscit gloriam, non cogitat de labore. Nemo vinceret, si omnes periculum pugnae timerent. Ex eo quod quidam non possunt, et a proposito continentiae cadunt, non debemus circa virtutem castitatis fieri pigriores. Si enim quidam in pugna cadentes non exanimant caeteros, sed dicunt illis sic datum fuisse, rem non applicant pugnae, sed homini: quanto magis nos cadentium negligentiae imputare debemus, non difficultati virginitatis? Quod autem dicit, Quibus datum est, non hoc significat, quoniam quibusdam datur, quibusdam non datur: sed illud ostendit, quia nisi auxilium gratiae acceperimus, nihil ex nobis valemus. Quoniam autem volentibus gratia non denegatur, in Evangelio Dominus dicit: Petite, et dabitur vobis: quaerite, et invenietis: pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: et qui quaerit, invenit; et pulsanti aperietur (Matth. 7. 7. 8). Debet autem voluntas praecedere, et sic sequitur gratia. Nam nec gratia sine voluntate aliquid operatur, nec voluntas sine gratia potest. Nam et terra non germinat, nisi pluviam susceperit, nec pluvia fructificat sine terra. 12. Sunt eunuchi, qui sic nati sunt ex utero matris suae: et sunt eunuchi, qui ab hominibus fiunt: et sunt eunuchi, qui seipsos eunuchos fecerunt propter regnum caelorum. Tamquam si dicat aliquis: Quid dicis, Domine? si ex quacumque causa contigerit homini uxorem non habere, an continentiae habebit mercedem? Non semper. Sicut enim peccatum sine voluntate opus non facit, ita justitia ex opere non consummatur, nisi et voluntas affuerit. Multi enim corpore quidem castitati student, adulterium autem voluntate committunt. Nisi enim ex voluntate sola fornicatio consummaretur, numquam Dominus diceret: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, moechatus est eam in corde suo (Matth. 5. 28). Ergo voluntas sine opere frequenter peccat. Illa est gloriosa continentia, non quam transgredi non potest necessitas debilitatis corporis, sed quam complectitur voluntas sancti propositi. Ideo dicit: Sunt eunuchi, qui sic nascuntur ex utero matris suae: sunt eunuchi, qui ab hominibus

fiunt sed illos tenet necessitas, hunc autem tertium coronat voluntas. Quod autem sic nascuntur, a creatione fit: quomodo nascuntur et sex digitos habentes, aut quatuor, et similia. *Qua de causa contra cursum naturae aliqua interdum eveniant.* – Si enim Deus, sicut ab initio constituit, unamquamque naturam sic dimitteret, illam immutabiliter semper in suo ordine permanere, in oblivionem deduceretur coram hominibus operatio Dei: nam aestimaretur natura rerum ipsa se regere. Utpote, constituit Deus naturaliter, ut in hieme frigora sint, calor autem in aestate; ut terra fructum proferat, ut pluvia descendat de caelo. Si haec sicut ab initio constituta sunt, ita in suo statu immutabiliter perseverarent, inveniretur Deus ab initio quidem constituisse; et de caetero omnem naturam in sua potestate reliquisset, et per hoc fieret ut jam creatura necessarium non haberet Factorem. Ideo ergo natura rerum convertitur contra naturam suam interdum, ut semper Deus naturarum Opifex in memoriam reducatur, et semper necessarius sit Factor suae naturae, et non solum semel, sed quotidie opera sua facere videatur. Propterea in Evangelio de caeco, qui sic natus fuerat, Dominus dicit: Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei (Joan. 9. 3). Non solum simpliciter intelligendum est, sicut multi putant, ut, caeco sanato, Dei potentia cognoscatur, id est, operans Deus. Alioqui, omnibus infirmitatibus sanatis, Dei potentia cognoscitur: sed ideo in illius persona hoc dicit, quia contra regulam naturae sine oculis erat creatus, ut in transversione naturae opus Dei intelligatur, dum emendatur natura.

Konzil von Toledo III und die Goten – Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum* 33

T: PG 56, 815. – **Ü:** – **D:** Heid 340, Anm. 44.

Et in aliis quidem evangelistis secundum alium exposuimus intellectum. His autem secundum quod adolescentem illum proposuimus in mysterio Judaeici populi esse, et ipsum Petrum interrogantem in mysterio credentium populorum, interpretatio hujus loci convenit talis, ut de gentibus relinquentibus omnia, quae gentilium sunt, et ad fidem Christi confugientibus omnia ista tradamus: id est, et omnis non solum Judaeus, sed etiam gentilis,

<p>qui reliquerit patrem suum diabolum, et matrem suam ignorantiam, per quam assidue diabolus ex semine interdicti erroris generat filios, aut fratres, aut sorores, videlicet ejusdem erroris socios sociasque. Aut si reliquerit ille, qui fuit sacerdos, idolatriam ipsam conjugem suam, per quam quotidie generabat filios et filias, et ipsos pariter cum matre eorum relinquens.</p>	
--	--

Konzil von Toledo III und die Goten – Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum* 49

T: PG 56, 909. – **Ü:** Heid 340. – **D:** Heid 340, Anm. 41.

<p>Adhuc autem et major continentia apud illos invenitur, quamvis in schismate sint, quam apud Christianos.</p>	<p>Noch dazu wird eine größere Enthaltbarkeit bei jenen (Anhängern von Nizäa-Konstantinopel) gefunden, obwohl sie im Schisma sind, als bei den Christen (d. h. Arianern).</p>
---	---

Konzil von Toledo III und die Goten – Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum* 53

T: PG 56, 935. – **Ü:** – **D:** Heid 340, Anm. 42.

<p>Attende. Deus secundum praescientiam suam, licet sciat qui justus futuri sint, et qui injusti: tamen omnes vocat ad fidem, dans eis gratiam credendi in Christum, quod est talentum bonis quidem ad salutem, malis autem ad praejudicium, ut inexcusabiles fiant. Diaconis autem et doctoribus secundum praeventiam suam, illis videtur Deus inungere ministerium diaconatus aut presbyteratus, qui sunt justus: qui autem inveniuntur injusti, illos homines ordinasse videntur, non Deus. Ab exitu ergo rei cognoscitur qui a Deo ordinatus est, et qui ab hominibus. Qui enim ministerium suum bene consummaverit, apparet quia ex Deo fuerat ordinatus: qui autem ministerium suum non bene consummaverit, ex hominibus ordinatus est. Quomodo autem quidam sacerdotes ex hominibus ordinantur, manifeste in libro octavo Canonum apostolorum dicitur. Qui autem ex hominibus ordinatus est, quantum ad Deum non est diaconus aut sacerdos. Ergo in sacerdotibus quidem et diaconis non est inventus ut perdat talenta, qui secundum praescientiam ordinatur a Deo. In popularibus autem evenit, quomodo etiam qui peccator futurus est, a Deo accepit fidei gratiam. Secundum haec ergo quae diximus, si presbyter aut diaconus peccator inventus</p>	
--	--

fuerit: quoniam quantum ad praescientiam Dei (sicut jam diximus) non ex Deo, sed ex hominibus factus videtur presbyter aut diaconus, quasi laicus invenitur inter eos qui unum talentum fidei acceperunt. Ac per hoc nemo ordinatus a Deo peccat, nisi ut qui unum talentum accepit a Deo. Ideo autem gratia fidei omnibus a Deo praestatur, gratia autem clericatus non omnibus, sed dignis: quia in illa causa salutis est, in ista autem dispensatio mysterii. Nam et paterfamilias annonam quidem omnibus servis praestat, negotia autem sua non omnibus committit. Abscondit autem talentum suum in terra, qui accipiens notitiam Christi, contemnit vitam spiritualem, et in terrenis actibus et delictis conversans, obruit illud in carne sua, et sollicitudinibus mundi quasi spinis suffocat fidei suae bonum, et non facit fructum. Hoc est enim, talentum in terra abscondere, quod est semen verbi inter spinas suffocare. Sciendum est autem quod ille, qui fodit gratiam suam in terram, non peccare proponit, sed justitiam non facere. Qui enim peccat, non abscondere videtur gratiam, sed corrumpere. Si ergo in tenebras exteriores mittuntur, qui accepto verbo fidei, carnaliter vivendo, fructum justitiae non fecerunt: putas in quales tenebras sunt ituri, qui ipsum talentum fidei suae peccando perdiderunt? iste qui fodit talentum suum, similis est virginibus fatuis, quae habentes lampades, oleum non habebant: tam enim illae, quam iste putaverunt sibi ad salutem hoc solum, quod credebant in Christum, posse sufficere. Nam vere talentum non perdidit, id est, domini sui, tamen reus est damni. Non enim propter hoc solum unusquisque fit Christianus, ut sit Christianus, servans talentum fidei suae, sed ut operetur justitiam Christo. Sicut enim qui seminandi causa accipiens semen, tempore sminationis non seminaverit, damnum facit domino suo: etsi non perdidit semen, est tamen tantum damnum, quantum poterat lucrum facere, si opportuno tempore seminasset: sic qui accipit fidem Christi, et in hoc saeculo sminationis non fuerit operatus justitiam, etsi fidem suam non perdidit, tamen tantum videtur peccasse, quantum potuit justitiam facere, si non neglexisset.

Diese Stelle „bezieht sich auf die Apostolischen Kanones“ (Heid 340, Anm. 42).

Pseudo-Egbert

Ausscheiden aus dem Amt – Pseudo-Egbert, Bischof von York, *Poenitentiale*, Lib. III 5

T: Mansi 12, 450 (= Boelens 97, Anm. 135). – **Ü:** Heid 191. – **D:** Boelens 97, Anm. 135.

Sacerdotes et diaconi et dei ministri, qui ipsi nolunt nec possunt coram Deo castitatem servare, quae ipsis injuncta est, detrudantur a ministerio suo.	
---	--

143

Regino von Prüm

*Musiktheoretiker, Kanonist, Geschichtsschreiber, * um 840 in Altrip bei Speyer, aus adeliger Familie, † 915 in Trier.*

Enthaltbarkeit in der Ehe, Visitation – Sammlung des Regino von Prüm (906) für die Visitatoren, Sendfrage 60

T: Hartzheim II 440. – **Ü:** – **D:** Boelens 98, Anm. 146.

ut nullus clericus ad nuptias pergat.	Der Visitor hat darauf zu achten, „daß kein Kleriker die Ehe fortsetzt“.
---------------------------------------	--

Es ist zu beachten, daß die Sendfrage sich nicht bezieht auf die noch vorzunehmende Eheschließung, sondern auf die Fortsetzung der schon bestehenden Ehe; der Visitor mußte die Enthaltbarkeit in der Ehe prüfen. Vgl. Hellinger II 99.

Verbot aller Frauen – Visitationsanleitung des Regino von Prüm (906), Frage 16f.

T: Hartzheim II 439 (Boelens 110, Anm. 222f.). – **Ü:** – **D:** Boelens 110, Anm. 222f.

16. Inquirendum, si Presbyter cellam habeat juxta Ecclesiam, aut suspiciosa in circuitu ostiola sint. 17. Si suspiciosus de aliqua foemina sit, aut in sua domo aliquam subintroductam habeat mulierem.	
--	--

Belegstellen: Hartzheim II 455 f., nämlich Nizäa c. 3; Ep. Siricii ad Himerium c. 12; Tours (460) c. 3; Agde (506) cc. 10, 11; Orleans (538) c. 4; Nantes (895).

Danach keine Verbesserungen in Sicht: Trosley (909) c. 9 Mansi 18. 288 ff.; Erfurt (932) c. 4 Hartzheim II 602.

Remedius von Chur

Seltene Strafbestimmungen – Remedius, Bischof von Chur, *Capitula Remedii* (Gesetze für Diözese Chur, *canones ecclesiastici*, um 820), c. 46

T: Hartzheim II 424f. (= Boelens 96). – **Ü:** – **D:** Boelens 97, Anm. 132.

<i>De lapsu sacerdotis</i> (...) Nos vero indubitanter tam Domini Sacerdotes, quam reliquos Fideles post dignam satisfactionem posse revocari ad honorem credimus (...)	
--	--

Mundatur ergo homo a peccato, et resurgit gratia Dei a lapsu, et in pristino manet officio juxta praedictas auctoritates.	
---	--

Riculfus

*Bischof v. Chur, * unbekannt, † an einem 27. Juni (805?).*

Verbot aller Frauen – Riculfus (884–902), Bischof von Soissons, *constitutio Riculfi* (889), c. 14

T: Mansi 18A. 86f. (Boelens 110). – **Ü:** – **D:** Boelens 110, Anm. 218f.

Nos vero etiam a matribus, amitis, sororibus vel propinquis cavendum dicimus, ne forte illud eveniat quod in sancta scriptura legitur de Thamar sorore Absalon, quam Amnon frater suus male concupiscendo violavit; de Lot etiam, qui filias suas per ebrietatis vitium similiter corruptit. (...)	
--	--

144

Sanctorum Apostolorum Sententiae

Sanctorum Apostolorum Sententiae 2

T: gr./lat.: Pitra, *Juris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta*, I, Rom 1864, pp. 82–84 <http://reader.digitale-sammlungen.de/de/fs1/object/goToPage/bsb10506714.html?pageNo=150> – **Ü:** Cochini 203 (engl.) – **D:** Cochini 203, Anm. 177.

Πέτρος εἶπεν· „(...) καλὸν μὲν εἶναι ἀγύναιος, εἰ δὲ μὴ, ἀπὸ μιᾶς γυναικὸς (...)”

Ἰωάννης εἶπεν· „(...) Δεῖ οὖν εἶναι ... τοὺς πρεσβυτέρους ἤδη κεχρονικότας ἐπὶ τῷ κόσμῳ, [τρόπῳ τινὶ] ἀπεχομένους τῆς πρὸς γυναῖκας συνελεύσεως (...)”

Ματθαῖος εἶπε· „Διάκονοι καθιστάσθωσαν· (...) Ἔστωσαν δεδοκιμασμένοι πάσῃ διακονίᾳ, μεμαρτυρημένοι παρὰ τοῦ πλήθους, μονόγαμοι, τεκνοτρόφοι (...)”

Petrus locutus est: „(...) Bene autem erit eum esse mulieris expertem; sin minus, unius fuisse uxoris consortem;”

Ait Ioannes: „(...) Oportet igitur esse seniores, iam aevo maturos in mundo, aliquo abstinentes modo a mulieris consortio, (...)”

Matthaeus dixit: „Diaconi instituantur: (...) Sint comprobati in omni ministerio, cum testimonium habuerint ab omni plebe, unius sint uxoris, filiorum nutritores (...)”

Peter said: It would be better [for the bishop] not to be married; or else 'et him be the husband of only one wife ...

John said: There must therefore ... be priests, who would have lived a long time in the world and would abstain (in a certain way) from relations with their wives ...

Matthew said: Let there be deacons ... Let them be people experienced in all kinds of ministries and let them have a [good] testimony on the part of the whole people: let them be monogamous, raise their children ...

Sigibert

Verheiratete Priester wurden verspottet – *Sigiberti Chronica* (a. 1074)

T: MGH SS VI 362f. – Ü: – D: Boelens 146, Anm. 155.

1074. 18. 14. 8.

Gregorius papa celebrata synodo symoniacos anathematizavit, et uxoratos sacerdotes á divino officio removit, et laicis missam eorum audire interdixit, novo exemplo, et ut multis visum est inconsiderato preiudicio, contra sanctorum patrum sententiam, qui scripserunt, quod sacramenta quae in aecclesia fiunt, baptismus scilicet, crisma, corpus et sanguis Christi, Spiritu sancto latenter operante eorundem sacramentorum effectum, seu per bonos, seu per malos intra Dei aecclesiam dispensentur, tamen quia Spiritus sanctus mystice illa vivificat, nec bonorum meritis dispensatorum amplificantur, nec malorum peccatis attenuantur. Unde est: *Hic est qui baptizat*. Ex qua re tam grave oritur scandalum, ut nullius heresis tempore sancta aecclesia graviori scismate discisa sit, his pro iustitia, illis contra iustitiam agentibus; aliis á symonia non declinantibus, aliis notam avaritiae honesto nomine pretextentibus, dum hoc quod se gratis dare iactant, sub caritatis nomine vendunt, et ut de Montanis dicit Eusebius, sub nomine oblationum artificiosius munera accipiunt; porro continentiam paucis tenentibus, aliquibus eam modo causa questus ac iactantiae simulantibus, multis incontinentiam periurio aut multipliciori adulterio cumulantibus; ad hoc hac oportunitate laicis insurgentibus contra sacros ordines, et se ab omni aecclesiastica subiectione excutientibus. Laici sacra misteria temerant et de his disputant; infantes baptizant, sordido humore aurium pro sacro oleo et crismate utentes; in extremo vitae viaticum dominicum et usitatum aecclesiae obsequium sepulturae á presbiteris coniugatis accipere parvipendunt; decimas presbiteris deputatas igni cremant; et ut in uno cetera perpendas, laici corpus Domini á presbiteris coniugatis consecratum sepe pedibus conculcaverunt, et sanguinem Domini voluntarie effuderunt, et multa alia contra ius et fas gesta sunt in aecclesia; et hac occasione multi pseudomagistri exurgentes in aecclesia,

profanis novitatibus plebem ab aecclesiastica disciplina avertunt.	
--	--

Boelens: Man verfügte nicht, was mit Frau und Kindern geschehen sollte, wo sie wohnen konnten und wovon sie leben sollten; nur immer wieder das Eine: „crimen fornicationis“ [156: Reg. II 45 *Jaffé*, Mon. Gregor. 158; Ep. Coll. 28 a.a.O. 554; *Mansi* 20. 433] oder „morbus fornicationis clericorum“ [157: Reg. II 30 a.a.O. 142] oder bloß einfach „fornicatio“ [158: Reg. II 55 a.a.O. 173; II 10 a.a.O. 124; II 11 a.a.O. 126; Ep. Coll. 3-5 a.a.O. 523 ff. u.v.m.] muß streng bestraft werden.

Es ging Papst Gregor darum, daß am Altar nur enthaltsame Kleriker dienten. Das forderte er immer wieder in seinen Briefen. Wenn man der Frage nachgeht, wie er seine Forderungen begründete, muß festgestellt werden, daß er sich in der Mehrzahl der Fälle einfach auf den *Gehorsam* dem päpstlichen Befehl gegenüber oder auf frühere Kanones berief [159: Reg II 11 *Jaffé*, Mon. Gregor. 126; H 45 a.a.O. 158; II 66-68, a.a.O. 185 ff. III 4, a.a.O. 207; IV 20 a.a.O. 268; Ep. Coll. 3-4 a.a.O. 523 f.; 8, a.a.O. 528.] Viel seltener wurden andere Motive genannt, wie z. B. daß die Keuschheit notwendig sei, um andere Tugenden erwerben zu können [160: Reg. II 25 a.a.O. 137]; daß die Kirche in ihrer alten Herrlichkeit strahlen solle [161: Reg. II 45 a.a.O. 158]; daß Christus keusch und makellos gelebt hätte und es die Kirche darum auch sein müsse [162: Reg. II 55 a.a.O. 173]; daß es nicht erlaubt sein könne, daß jemand zugleich einen Hurenleib und den Leib Christi berühre [163: Reg. IV 11 a.a.O. 255]; daß Gott nur keusch gedient werden könne [164: Reg. IV 10 a.a.O. 254]; daß sonst Segen zum Fluch und Gebet zur Sünde würden [165: Ep. Coll. 28 a.a.O. 554.].

Thasalius von Angers

Bis zum Ostiarius wurde in Troyes eine zweite Ehe erlaubt – Brief der beiden Bischöfe Lupus von Troyes und Euphronius von Autun an ihren Kollegen Thasalius von Angers (um 450)

T: Munier 140, 18 (= Boelens 36). – **Ü:** – **D:** Boelens 36, Anm. 70.

de clericis vero bigamis usque ad ostiarios ecclesia permittit et patitur.	
--	--

Theodor Balsamon

*byzantinischer Kanonist, * um 1140 in Konstantinopel, † daselbst nach 1195. B. wurde in seiner Vaterstadt Diakonus, dann Nomophylax und Chartophylax an der Hagia Sophia. Um 1190 wurde er zum Patriarchen von Antiochia ernannt, blieb aber in Konstantinopel, weil die Kreuzfahrer einen lateinischen Patriarchen eingesetzt hatten. B. ist neben Alexios Aristenos und Johannes Zonaras der bedeutendste Kirchenrechtslehrer der Orthodoxanatolischen Kirche. Die wichtigste seiner kirchenrechtlichen Schriften ist der Kommentar zum Nomokanon und Syntagma des Photius. Er verfaßte auch Kommentare zu den ökumenischen und lokalen Synoden und den kanonischen Gesetzen der Väter. B. war ein entschiedener Gegner der Union mit Rom.*

Byzantinischer Komm. zum can. 3 des Konz. von Karthago: Enthaltensamkeit und Dienst am Reich Gottes – Theodor Balsamon

T: gr./lat.: PG 138, 32B. – **Ü:** – **D:** Cochini 7, Anm. 10 / 11.

Ὁ κανὼν οὗτος πάσης ἐργάτας ἀρετῆς εἶναι θέλει τοὺς τὰ ἅγια μυστήρια μεταχειριζομένους, ἤγουν ἐπισκόπους, ἱερεῖς καὶ διακόνους, καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι μὴ διὰ μόνης	Hic canon vult omnem exercere virtutem, qui sancta mysteria contrectant, episcopus scilicet, sacerdotes et diaconos: et esse continentes, non per solam temperantiam, sed in omni
--	---

<p>σωφροσύνης, ἀλλὰ καὶ διὰ παντὸς ἔργου καὶ πράγματος. Οὕτω γὰρ, φησὶν, εἰσακουσθήσονται παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐχόμενοι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ πληροφορήσουσι φυλάττειν τὰ παραδοθέντα ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ὑπὸ τῆς ἀρχαίας ἀγράφου ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας.</p>	<p>facto et opere. Sic enim, inquit, a Deo exaudientur pro populo precantes, et revera ostendent se ea servare quae a sanctis apostolis tradita sunt, et ab antiqua, litteris non tradita, ecclesiastica consuetudine.</p>	
--	--	--

Theodor von Canterbury (Theodorus Cantuariensis)

siebter Erzbischof von Canterbury (668–690), geboren ca. 602 in Tarsos/Kilikien, gestorben 19.9. 690; liturgischer Gedenktag: 19.9.

Bußbücher – Poenitentiale Theodori Cantuariensis (um 730), Lib. I IX 4

T: Councils III 184f. (= Boelens 85) – **Ü:** – **D:** Boelens 85, Anm. 57.

<p>si quis presbyter aut diaconus uxorem extraneam duxerit, in conscientia populi deponatur.</p>	
--	--

Bußbücher, England (Wiederholung) – Poenitentiale Theodori Cantuariensis (um 730), Lib. I IX 10

T: Councils III 185 (= Boelens 78, Anm. 13) – **Ü:** – **D:** Boelens 78, Anm. 13.

<p>si quis viduam accipit ante baptismum vel post baptismum, non potest ordinari sicut bigami.</p>	
--	--

Ein wenig früher verfügte die Synode von Canterbury (688), daß die Personen, die eine Witwe zur Frau hatten, nicht Priester sein konnten.: „non potest esse presbyter“ [c. 116 Mansi 12. 33]. Hier wurde das Verbot also enger genommen als in dem *Poenitentiale Theodori*, wo die Weihe solcher Männer überhaupt verneint wurde.

Theodulf von Orleans

Bischof (ab 800 Ebf.) von Orléans, * ca. 750/760, † 821, Le Mans.

Keine Ehe, Enthaltbarkeit in der Ehe – Kapitulare des Bischofs Theodulf von Orleans (797)

T: Mansi 13, 1016 A (= Boelens 95, Anm. 115). – **Ü:** – **D:** Boelens 95, Anm. 115.

<p>nullo modo enim ad subdiaconatum permittunt canones accedere, nisi eos qui perpetuam continentiam castitatis promiserint se deinceps servaturos.</p>	
---	--

Priester des Alten und des Neuen Bundes – Kapitulare II des Bischofs Theodulf von Orleans (797)

T: Mansi 13, 1016 B und C. – **Ü:** – **D:** Boelens 83, Anm. 44f.

nunc autem de omnibus gentibus, sicut ad baptismum, sic ad sacerdotium permittuntur accedere; nullaque necessitas uxores ducere, qui non per carnis successionem, sed per morum imitationem in sacerdotio subrogantur. Ipsi tamen Judaeorum sacerdotes, non habentes tam sanctum sacrificium, sicut nos habemus, tempore vicis suae longe erant a domo sua, et a conjugali opere remoti juxta templum in continentia castitatis excubabant donec tempus ministerii sui explerent. Nunc autem, sicut semper ministrare debent, ita semper continentes esse oportet sacerdotes. Tractant enim, non victimas pecudum, sed ipsum immaculatum corpus et sanguinem Domini. Ejusdem continentiae et Diaconi et Subdiaconi et in Domino et ipsi in tractatione tanti sacramenti ministri accedunt altaris.

Timotheus von Alexandrien

alexandrinischer Archidiakon (5. Jahrhundert).

Kanon des Timotheus von Alexandrien, can. 13

T: ed. Joannou 2, 248–249. – **Ü:** – **D:** Gryson 123.

Π

Ἐρώτησις. Τοῖς ζευγνυμένοις εἰς γάμου κοινωνίαν περὶ ποίων ἡμερῶν τῆς ἐβδομάδος παρατίθεσθαι χρῆ ἀπέχεσθαι τῆς πρὸς ἀλλήλους κοινωνίας, καὶ ποίας ἔχειν ἐπ' ἐξουσίας;

Ἀπόκρισις.

Ὁ προεῖρηκα καὶ νῦν λέγω. Ὁ ἀπόστολος λέγει, «Μὴ ἀποστερηῆτε ἀλλήλους, εἰ μὴ τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἦτε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν». Ἐξ ἀνάγκης δὲ τὸ σάββατον καὶ τὴν κυριακὴν δεῖ, διὰ τὸ ἐν αὐταῖς τὴν πνευματικὴν θυσίαν ἀναφέρεισθαι τῷ θεῷ.

Gryson: A ceux qui sont unis par les liens du mariage, quels jours de la semaine faut-il prescrire de s'abstenir des relations conjugales, et quels jours sont-ils libres de faire comme ils l'entendent ? — Je rejette ce que j'ai déjà dit plus haut. L'Apôtre déclare : « Ne vous refusez pas l'un à l'autre, si ce n'est d'un commun accord, pour un temps, afin de vaquer à la prière ; puis, reprenez

la vie commune, de peur que Satan ne profite, pour vous tenter, de votre incontinence. » Il faut nécessairement s'abstenir le samedi et le dimanche, parce que, ces jours-là, on offre à Dieu le sacrifice spirituel.

Urban II. (1088–1099)

*Odo von Châtillon, Papst v. 12. März 1088 - 29. Juli 1099, * um 1035 Châtillon-sur-Marne, † 29. Juli 1099 Rom.*

Fortsetzung des Reformwerks – Enzyklika nach Deutschland (*Urbanus II papa Germanis ecclesiae causam sequentibus nunciat, se pontificem constitutum esse*)

T: Jaffé V 504. – **Ü:** – **D:** Boelens 153, Anm. 201.

De me porro ita in omnibus confidite et credite sicut de beatissimo patre nostro papa Gregorio. Cuius ex toto sequi vestigia cupiens, omnia quae respuit respuo, quae dampnavit dampno, quae dilexit prorsus amplector, quae vero rata et catholica duxit confirmo et approbo, et ad postremum in utramque partem qualiter ipse sensit, in omnibus omnino sentio atque consentio.	
---	--

149

Viktor II. (1055–1057)

Viktor III. (1086–1087)

Papst Victor III. hieß ursprünglich Daufer oder Daufari und wurde um 1027 als Verwandter der Langobardenfürsten von Benevent geboren.

Abscheu des Papstes – *Dialogi de miraculis S. Benedicti, Lib. III*

T: PL 149, 1002f. – **Ü:** – **D:** Boelens 129, Anm. 57f.

Itaque cum vulgus clericorum per viam effrenatae licentiae nemine prohibente graderetur, coeperunt ipsi presbyteri ac diacones (qui tradita sibi sacramenta Dominica mundo corde castoque corpore tractare debebant) laicorum more uxores ducere, susceptosque filios haeredes testamento relinquere; nonnulli etiam episcoporum verecundia omni contempta, cum uxoribus domo simul in una habitare. Et haec pessima et exsecranda consuetudo intra Urbem maxime pollulabat, unde olim	
--	--

religionis norma ab ipso apostolo Petro ejusque successoribus ubique diffusa processerat.	
---	--

W

Wilhelm von Apulien

s. Guillelmus Apuliensis

Z

Zacharias (741–752)

Brief an Bonifatius

Das Schreiben von Bonifatius an den Papst, s. unter Bonifatius.

Fehlritte der Diakone, die trotzdem zu Priestern geweiht werden – Papst Zacharias' Schreiben an Bonifatius, *Epistola Zachariae papae ad S. Bonifacium* (742)

T: Hartzheim I 46. – **Ü:** – **D:** Boelens 82, Anm. 36.

Qui se neque a fornicationibus, neque a nefariis matrimoniis abinent ..., se esse sacerdotes existimant? Aut qui inde sentiunt, dicente Deo: <i>Sacerdotes mei semel nubant</i> . Et Apostolus: <i>Unius uxoris virum</i> , et caetera. Et hoc ante susceptum sacerdotium uti licitum est. Nam a dies suscepti sacerdotii etiam ab ipso proprio conjugio prohibendi sunt. ... aut quomodo ad orandum pro peccatis populi accedere praesumunt, dum Sacri Canones neque purum Clericum, cui sacerdotium non est, secundis copulari nuptiis praecipunt? Isti enim e contrario non solum post susceptum sacerdotium se abstinere nolunt ab una uxore, imo luxuria obvoluti pejora saecularibus scelera committunt, ut plures uxores habere praesumant, quibus neque unam, concessum est, post susceptum ministerium, attrectare.	
--	--

Entzug des Amtes – Papst Zacharias (741–752), Schreiben an Bonifatius (747)

T: Hartzheim I 46 (= Boelens 90, Anm. 75). – **Ü:** – **D:** Boelens 90, Anm. 75.

Isti namque, ut praemisi, ne sacerdotio fungi patiantur, neque Divina contingere mysteria commonemus. Quidquid vero aliud, ut dictum est, eos contra ecclesiasticam regulam excessisse repereris, canones (sive instituta Patrum) praemanibus habeto: et iuxta quod in eis edoctus fueris, discerne.	
--	--

Capitula an Pippin

Enthaltbarkeit für Majoristen, Erinnerung an Kanon 3 der 5. Synode von Carthago (401) – Papst Zacharias (741–752), Capitula an Pippin (747), c. 11

T: Hartzheim I 80. – **Ü:** – **D:** Boelens 89, Anm. 71.

Qui Clerici etiam ab uxoribus abstinere debeant, ex Concilio Africano, Capitulo XXXVII. ita continetur: Praeterea cum de Clericorum quorundam (quamvis erga proprias uxores incontinentia referretur, placuit episcopos, presbyteros seu diaconos, secundum propria statuta, etiam ab uxori-bus continere: quod nisi fecerint, ab ecclesi-astico officio removeantur. Caeteros autem clericos ad id non cogi, sed secundum uniuscuiusque Ecclesiae consuetudinem observare debere.	
--	--

Ehe nur für lectores et cantores – Papst Zacharias (741–752), Capitula an Pippin (747), c. 18

T: Hartzheim I 81 (= Boelens 79, Anm. 24). – **Ü:** – **D:** Boelens 79, Anm. 24.

Qui clerici uxores sortiri debeant, in 27. capite canonum sanctorum apostolorum decretum est: innuptis autem, qui ad clerum provec-ti sunt, praecipimus, ut si uxores voluerint, accipiant, sed lectores cantoresque tantummodo.	
--	--

Der gleiche Text findet sich dann auch in dem „codex canonum“, den Hadrian I. (772-795) Karl dem Großen schenkte (774) und dessen Inhalt in Aachen (802) als verbindlich für das ganze Frankenreich erklärt wurde [Anm. 25: c. 27 Hartzheim I 133; vgl. Plöchl 1 280].